am argumentũ non valet. q2 ſi grã ↄfirmationis verteret̃ creature ĩ naturã ita ꝙ ex ꝑncipijs eſſentialib⁹ haberet nõ poſſe peccare. tunc non haberet ex aliquo dono accidẽtali ⁊ grã nõ poſſe deficere ⁊ peccare ſed haberet hoc ꝑ naturã ⁊ tũc eſſet deus qd̃ eſt abſurdũ. Hanc ſolutionẽ tãgit ſctũs Tho. vbi ſupra in ſolutione vltimi argumẽti. cũ dicit ꝙ qñcunq̃ alicui nature ↄuenit aliqd̃ accidens quod ex influentia ſuꝑioris tantũmodo ineſt. non põt inferior natura illud accidẽs ꝑ ſe habere niſi efficeret̃ nature ſuꝑioris. ſicut ſi aer illuminat̃ in actu ꝑ ignẽ nõ põt eẽ ꝙ ſit d̃ natura ſua lucidus ĩ actu niſi fiat ignis. Dico g̃ ꝙ cũ ↄfirmatio inſit creature rõnali ſolũ ꝑ grã3 q̃ eſt quoddã ſpũale lumen ⁊ ſilitudo increati luminis non põt eſſe ꝙ aliq̃ creatura ex natura ſua ↄfirmationẽ habeat vel grãm niſi efficeretur diuine nature per eſſe dicamus eiuſdẽ nature. qd̃ eſt oĩno impoſſibile. Cõcludamus ꝙ nõ poſſe peccare per naturã deo tm̃mõ cõuenit eo ꝙ ſicut abeſſe deficere nõ põt cũ dat oĩbus eſſe ita nec a rectitudine bonitatis deficere cũ hoc ei conueniat per cõditionẽ ſue nature. Omnibus aũt alijs q̃ hoc habẽt vt peccare nõ poſſint cõfert̃ ex hoc ꝙ confirmant̃ per grãm in bono. ex qua filij dei efficiunt̃ ⁊ quodammodo diuine nature conſortes.

Declarat̃ queſtio ſuꝑ duas ꝑmiſſiones diuinas quas deus iuſte ꝑmiſit videlic3 diabolũ actorẽ omĩs mali peccare ſimul ⁊ primos parentes cadere ex q̃bus maleficoꝝ opera iuſte permittunt̃. ⁊ eſt tredecima in ordine prime partis.

**Secunda que**ſtio ſimul ⁊ ꝓpoſitio ꝙ deus iuſte permiſit quaſdam creturaas angelicas quas aliter cõdere non potuit niſi ꝙ peccare poſſent etiã actu peccare. Et quaſdã ſimili mõ creatas ꝑ grãm ꝓſeruare et hoc abſq̃ preuia tentatione. hoĩem vero iuſte permiſit ⁊ tentari ⁊ peccare. q̃ oĩa ſic declarant̃. Nã ad ꝓuidentiã diuinã ꝑtinet vt vnũqdq̃ in ſua natura relinquat̃ ⁊ in ſuis naturalibus operibus nõ oĩno impediatur. q2 vt Dionyſius dicit. iiij. c. de di. no. Prouidẽtia non eſt corruptiua nature ſed ſaluatiua. quo ſtante cũ manifeſtum ſit ꝙ ſicut bonum gentis diuinius q̃ bonum vnius. i. Ethi. Ita ⁊ bonũ vniuerſi excedit bonũ particulare cuiuſcũq̃ nature creati in particulari. Ideo etiã attẽdere oportet ꝙ ſi pctm̃ oĩno impedirec̃ per hoc multi gradus tollerentur ꝑfectionis. tolleret̃ em̃ natura illa q̃ põt peccare ⁊ non peccare. Quod ſi dicat̃. tñ habuiſſet hõ ex ↄditione nature vt prius tactũ eſt. Rñdetur. Si nullũ pctm̃ fuiſſet ſubſecutũ in actu ſed ſtatim cõfirmatio tũc ſemꝑ lateret quid grẽ deberet̃ in bonis erga deũ ⁊ quid poteſtas peccãdi potuiſſet ⁊ plura alia q̃bus ablatis vtiq̃ vniuerſi multum detraheret̃. Decuit etiã vt nullo ſuggerẽte ab extra peccaret. ſed occaſionẽ peccandi ex ſeipſo ſuſciperet qd̃ ⁊ fecit vbi dõ eq̃lis eſſe voluit. qd̃ eſt intelligendum non ſimpliciter ⁊ directe nec indirecte. ſed ſolũ ſm quid. ⁊ hoc declaratur ꝓpter auctoritatem Eſa. xiiij. In celum aſcẽdam ⁊ ſimilis ero altiſſimo. non enim ſimpliciter ⁊ dire

cte. quia ſic habuiſſet intellectum ligatum ⁊ erroneum appetēdo aliq̄d quod ſibi erat impoſſibile. Cognouit em̄ ſe eſſe creaturā ⁊ deo creatū. ⁊ ideo eq̄lem fieri creatori cognouit hoc ſibi eſſe impoſſibile. Nec etiaȝ indirecte. quia cum totum bonū angeli ⁊ creature eſt in hoc quod deo ſubeſt. ſicut tota claritas aerꝭ eſt in hoc ꝙ ſubijcit radijs ſolis. ideo hoc ab āgelo nō potuit appeti. qꝛ appetiſſet ꝯ bonum nature. ſed appetijt dei eq̄litatem nō abſolute. ſed ſcd̄m quid. hoc ſic eſt. cum deus hȝ ꝑ naturā ſuā duo. beatitudinem ⁊ bonitatem ⁊ aliud ⁊ ꝙ ab ipo omnis creature beatitudo ⁊ bonitas transfundit. videns angelus dignitatē nature ſue qua creaturis cūctis ꝓeminebat voluit ⁊ appetijt a ſe in om̄ia inferiora beatitudinē ⁊ bonitatē deriuari. ⁊ hoc ꝑ ſua naturalia. ita ꝙ ipe ꝑmo illa ex natura haberet. ⁊ ſic alie creature ex nobilitate ſue nature acciꝑent. Et quia etiā illa appetijt a deo ⁊ ſub deo volēs eſſe dūmō iſta haberet. ideo nec etiā q̄ntum ad modum habēdi deo equiparari voluit. ſ; tm̄modo ſm qd. Nota inſuꝑ ꝙ qꝛ ſuū deſiderium attētauit vt ad actū ꝑduceret. ideo ſubito ſuū deſideriū alijs expoſuit. Et quia ſubito etiam fuit aliorꝫ angelorꝫ viſio deſiderij ⁊ ꝯſenſus ꝯuerſus ſui deſiderij. Ideo peccatum ꝑmi angeli aliorꝫ peccata exceſſit ⁊ ꝓceſſit q̄ntitate culpe ⁊ cauſalitate. non tamen duratiōe. ita ꝙ illud Apocal. xij. Draco de celo cadens traxit terciam ꝑtem ſtellarꝫ. Et in figura Leuiathan habet. Ipe eſt rex ſuꝑ omnes filios ſuperbie. ⁊ rex ſm Philoſophum. v. Metha. dicit ꝑncipium inq̄ntum mouet per ſuā voluntatem ⁊ imperium ſibi ſubiectos. Ideo ⁊ ſuum peccatum aliorum occaſio peccandi fuit. ita ꝙ ipe ꝑmus a nullo extrinſeco tētatus alios extrinſece tētauit. Et quideȝ qđ dictum eſt ꝙ inſtantanea operatio in omnibus illis fuit. exemplificat hoc ex ſenſibilibus. Nam ſimul tēpore ſunt illuminatio aeris viſio coloris ⁊ diſcretio rei viſe. Hec ad lōgum poſui vt ꝯſiderādo tam ſtupēdam ꝑmiſſionem diuinam ſuꝑ nobiliſſimas creaturas ꝓpter vnum dūtaxat peccatum ambitionis quomō nō ꝑticulares ꝑmiſſiones ſuꝑ maleficorꝫ opa ꝓpter maiora peccata q̄ntum ad aliquas circūſtātias admittet. Nam maleficorꝫ peccata in varijs circūſtantijs peccatuȝ angeli ⁊ ꝑmorꝫ parentum excedunt vt iā in ſecunda queſtione patebit. Sed ⁊ hoc ꝙ ꝓuidentia dei iuſte ꝑmiſit ꝑmum hominem tētari ⁊ peccare ex his que dicta ſunt de tranſgreſſoribus angelis ſatis patere poteſt. Sicut em̄ ad eūdem finem homo ⁊ angelus creati fuerūt ⁊ in libertate arbitrij relicti. Ideo vt beatitudinis ꝑmium non abſq; merito ꝑciperēt. ideo ſicut angelus a caſu nō fuit ꝑſuatus vt poteſtas peccādi ex vno. ⁊ poteſtas gratie ꝯfirmatiōis ex altero ad decorem vniuerſi pateſceret. ita ⁊ circa hominem ſuari oportuit. Vn̄ ⁊ ſctūs Tho. in. ij. di. xxiij arti. ij. Illud ex quo deus apparet laudabilis nō debet penitus impediri. ſ; in peccatis etiā deus apparet laudabilis cū ꝑ miſericordiā ꝑcit ⁊ ꝑ iuſticiā punit. vn̄ nō debuit peccatū impedire. tm̄modo breuiter ⁊ recapitulādo ad ꝓpoſituȝ redeamus dicamus. Qꝛ iuſta dei ꝓuidentia ho-

mo in his ꝑmiſſus eſt multis rationibus. Prima vt oſtendat̄ dei potētia qui ſolus inuertibilis eſt. omnis aūt creatura mutabilis. Secūda autem ratio vt declaret̄ dei ſapientia. que ex malo ſcit elicere bonum. qđ nō potuit fieri niſi deus creaturam peccare ꝑmiſiſſet. Tercia vt manifeſtet̄ dei clementia. in qua chriſtus ꝑ mortem ſuam hominem ꝑditum liberauit. Quarta vt oſtendat̄ dei iuſticia que non ſolum reddit bonis ꝓmia. ſed ꝛ malis ſupplicia. Quinta vt homo non ſit peioris ꝯditionis q̄ʒ alie creature q̄s omnes ſic deus adminiſtrat vt eas agere ꝓpriis motibus ſinat. Unde ꝛ hominē ꝓprio arbitrio relinquere debuit. Sexta eſt laus humana. Laus em̄ viri iuſti ꝙ potuit ꝛ non eſt tranſgreſſus. Septima eſt decor vniuerſi. quia ſicut triplex malum culpe pene ꝛ dāni inuenit̄. ita ex oppoſito triplex bonum. ſ. honeſtum bonum delectabile ꝛ vtile. decoratur. Nam culpa decoratur honeſtas. per penam delectabilitas. Per damnum ſumma vtilitas. Et ꝑ hec patet reſpōſio ad argumēta.

Solutōes argumētoꝝ.

n Am ad ꝑmum vbi dicit̄ aſſerere ꝙ dyabolo ꝑmittat̄ ptās nocendi hominibus ſit hereticum. Oppoſitū potius pʒ. quia ſicut aſſerere ꝙ deus nō ꝑmittat hominem ex libertate arbitrii peccare quādo vult eſt hereticum. ita aſſerere ꝙ deus peccatum dimittat inultum. Hoc aūt fit ꝑ ptātem nocendi hoibus in vindictā maloꝝ ꝛ ad decorē vniuerſi. Iuxta illud Aug⁹. in li. Soliloqoꝝ. Iuſſiſti dn̄e ꝛ ita eſt vt nūq̄ʒ dedec⁹ culpe ſit ſine dedecore vindicte. Probatio deniq̄ʒ argumēti nō valet de ſapiēte ꝓuiſore q̄ excludit defectū ꝛ malū q̄ʒtum pōt. qꝛ aliud eſt de eo qui hʒ curā ꝑticularem. ꝛ de ꝓuiſore vniuerſali. Nā ꝑmus ex malo nō pōt elicere bonū ſicut vniuerſalis ꝓuiſor fac̄. vt ꝑ ꝓcedētia patuit. Ad ſcđm patuit ꝙ tā potētia q̄ʒ bonitas ꝛ iuſticia diuina pateſcūt in hoc ꝙ mala ꝑmittit. Ūn qn̄ dr̄. Aut deus pōt mala impedire. aut nō. Dicit̄ ꝙ pōt impedire ſʒ nō debuit rōnibus ꝑtactis. Nec valet inſtātia ſi dicat̄. ergo vult mala fieri cum pōt impedire ꝛ nō vult qꝛ vt in argumētis ꝓ veritate tactū eſt. Deus nō poteſt velle mala neq̄ʒ vult mala fieri neq̄ʒ vult mala nō fieri. ſʒ vult ꝑmittere malū fieri. ꝛ hoc ꝓpter ꝑfectionē vniuerſi. Ad terciū Aug⁹. ꝛ Phs loquunt̄ de cognitōe hūana cui melius eſt nō cognoſcere mala ꝛ vilia duplici de cauſa. Primo. qꝛ ꝑ ea impedimur interdum a ꝯſideratōe maloꝝ. ꝛ hoc ꝯtingit. qꝛ nō poſſumus ſimul multa intelligere. Etiā ꝛ ea ð cauſa ꝙ cogitatio maloꝝ ꝑuertit interdum voluntatem in malum. Hec aūt in deo locuʒ nō habēt qui intelligūt omnia oga hominum ꝛ maleficoꝝ abſq̄ʒ aliquo defectu. Ad quartum apoſtolus curā dei a bobus remouit. vt oſtendat ꝙ quia creatura rationalis hʒ ꝑ liberū arbitrium dominiuʒ ſui actus vt dictum eſt. Ideo vt ei imputetur aliquid ad culpam vel ad meritum ꝛ reddat̄ ei iuxta hoc pena vel ꝑmiū. habet deus ſpālem de eo ꝓuidentiā am ſm que irrationabilia nō ꝓuidētur. Uelle aūt aſſerere ꝙ indiuidua irrōnabiliū creaturaꝝ ex illa auctoritate nō ꝯtinerēt ad diuinā ꝓuidē

tiā eſſet hereticū. qꝛ eſſet aſſerere ꝙ
nō omnia ſubiecta eſſent diuine ꝓui
dētie ꝯ ſcripture ſacre cōmēdatōes
ſupꝫ diuinā ſapientiā q̄ attingit a fi-
ne vſqꝫ ad finem fortiter ꝛ diſponit
oīa ſuauiter. ꝛ eēt error rabi Moy
ſes vt in argumētis ꝓ veritate pa-
tuit. Ad quintū. quia homo nō eſt
inſtitutor nature. ſꝫ vtitur naturali-
bus opibus artis ꝛ virtutis ad ſuū
vſum. Jdeo ꝓuidentia humana nō
ſe extendit ad neceſſaria que ex na-
tura ꝓueniūt. vt ꝙ cras ſol oriatur.
ad que tamen ſe extendit ꝓuidētia
dei eo ꝙ ipſe eſt actor nature. Vñ ꝛ
defectus naturales. etiaꝫ ſi ex curſu
rerꝫ naturalium ꝓuenirent adhuc
diuine ꝓuidētie ſubiacerent. q̄re ꝛ
Democritus ꝛ alij phi naturales er
rauerūt attribuētes ſoli neceſſitatē
materie quicq̄d inferioribus accide
ret. Ad vltimum lꝫ omnis pena in-
fligit a deo ꝓpter peccata. non tamē
ſemꝑ maioribus peccatoribus ma-
leficia infligunt. vel quia dyabolus
nō vult vt illos affligat ꝛ tētat q̄s
iuſto titulo poſſidere ſe cernit. Vel
ideo vt nō ad deū accelerāt. Juxta
illud. Multiplicate ſunt infirmita-
tes. poſtea accelerauerunt ꝛc̄. Et ꝙ
oīs pena infligit a deo ꝓpter pctā
pꝫ ex ſequētibus. qꝛ iuxta Hierony
mum. Quicq̄d patimur peccatiſ no-
ſtris meremur.

Declarat ꝙ peccata maleficorū
grauiora ſunt pctis maloꝝ angeloꝝ
ꝛ ꝑmoꝝ parentū. Vñ ſic innocētes
puniunt ex culpis parentum. ita ꝛ
iam plures innoxij damnificantur
ꝛ maleficiunt ꝓpter peccata malefi-
corum.

Queſtio decimaquarta. ꝛ eſt to-
ta materia ꝑdicabilis.

Ed ſup enor-
ſ mitatē criminum q̄rit. An
maleficoꝝ flagitia cuncta
mala q̄ deus fieri ſinit ꝛ vſqꝫ in pñs
a ꝑncipio mūdi fieri ꝑmiſit tam in
culpis q̄ꝫ in penis ꝛ dānis excedūt.
Et videt ꝙ nō ꝑcipue q̄ ad culpaꝫ.
Nā pctm̄ qd̄ qs cōmittit qd̄ facilit
vitare potuiſſet excedit pctm̄ qd̄ al
ter cōmittit qd̄ ita facilit vitare nō
potuit. Pꝫ p Aug⁹. in de ciui. dei.
Magna eſt in peccādo iniq̄tas vbi
eſt tāta in nō peccādo facilitas. Sꝫ
Adā ꝛ plures q̄ ex aliquo ſtatu ꝑfe-
ctionis ſeu etiā grē peccauerūt. Fa
cilius ꝓpter aſſiſtentiā grē pctā vi-
tare potuiſſent. ꝑſertim Adā qui in
grā creatus fuerat q̄ꝫ plures malefi-
ce q̄ hmōi dona nō ꝑceperūt. ergo
illoꝝ pctā oīa maleficoꝝ flagitia ex
cedūt. Preterea quo ad penā. malo
ri culpe maior pena debet. ſꝫ pecca-
tū Ade grauiſſime punitū fuit in ꝑ
qd̄ vt pꝫ in oēs poſteros eius pena
cū culpa oñdit in trāſfuſione origi-
nalis pcti. ergo eius pctm̄ grauius
eſt oibus alijs pctis. Preterea quo
ad dānum. Nā iuxta Aug⁹. Ex hoc
aliq̄d eſt malū qꝛ adimit bonū. ergo
vbi plus de bono amittit ibi maior
culpa ꝑceſſit. ſꝫ pctm̄ ꝑmi parentis
maius dānum tā in naturalibus q̄ꝫ
in gratuitis intulit. vbi nos innocē
tia ꝛ imortalitate ꝑuauit quod nul-
lum alioꝝ ſequentium peccata intu
lit. ergo ꝛc̄. Sed ꝯ id quod plures
ratiōes mali includit magis eſt ma-
lum. ſed peccata maleficarum ſunt
hmōi. Nā omnia mala in bonis na-
ture ꝛ fortūne ꝓcurare pñt deo ꝑ-
mittente. vt ex bulla pape deducit.
Preterea Adā peccauit ſolummō

faciendo illud qđ eſt vtroq; mō ma
lū qꝛ ꝓhibitū: ꝛ qđ nō erat maluȝ
ſm ſe. Sed malefici et alij peccato/
res peccant faciendo illud quod eſt
vtroq; mō malū ꝛ ſm ſe ꝛ ꝓhibitū.
vt homicidia ꝛ alia multa inhibita.
Vñ peccata eoꝝ grauiora ſūt alijs
peccatis. Preterea pctm̄ qđ eſt ex
certa malicia eſt grauiꝰ pctō quod
eſt ꝑ ignorantiā. ſed malefice ex ma
gna malicia ꝯtemnūt fidem ꝛ ſacra/
menta fidei ꝓut plures ꝯfeſſe ſunt.
Rñſio. ꝙ mala q̄ a modernis male
ficis perpetrant̄ cuncta alia mala q̄
deus vnq; fieri ꝑmiſit ſm qđ in titu
lo q̄ſtionis tangit̄ excedūt. ꝛ hoc q̄
ad peccata q̄ cōtingunt in peruerſi
tate moꝝ. licet ſecus ſit de peccatis
q̄ opponunt̄ alijs v̄tutibus theolo
gicis. poteſt oſtēdi triplici via. Pri
mō in generali cōparādo eoꝝ ope/
ra indifferenter ad quecunq; flagi/
cia mūdi. Scđo in ſpeciali cōparā
do ad ſpecies ſupſtitionis ex q̄cūq;
pacto cū demonibus inito. Tercio
cōparādo illa ad peccata maloꝝ an
geloꝝ: aut etiā primoꝝ parentum.
Primū ſic. Nam cū triplex ſit ma/
lum. videlicȝ. culpe pene damni. eo
ꝙ triplex ſit bonū cui illa opponū/
tur. ſ. honeſtū. delectabile. ꝛ vtile.
Et culpe opponit̄ honeſtuȝ. Pene
delectabile. Dāno vtile. Q2 culpa
maleficarū excedit cūcta alia pecca
ta ſic appareet. Nam iuxta doctri/
nā ſancti Tho. in. ij. di. xxij. arti. ij.
Licet in peccato multa poſſint con
ſiderari ex q̄bus peccati grauitas
vel etiam leuitas trahi poteſt. Vñ
ꝛ cōtingit ꝙ idem peccatū qđ ſcđm
vnū eoꝝ eſt grauius ſm aliud leui/
us inueniat̄ ꝓut dicere poſſumus.
In fornicatione iuuenis peccat. ſe
nex inſanit. Tamen illa ſimpliciter
grauiora ſunt q̄ plures ꝛ potentio/
res habēt non dico circūſtātias ſo/
lū ſed in ſpecie ꝛ quantitate peccati
eſſentiali peccati grauitatem. Et ſic
dicere poſſumus ꝙ licet peccatum
Ade q̄tum ad aliquas circūſtātias
grauius ſit oibus alijs pctis q̄tuȝ
ad hoc ꝙ minori tēptatione pulſa/
tus cecidit qꝛ vicȝ tantū ab extrin/
ſeco. Et etiā qꝛ facilius reſiſtere po
tuiſſet ꝓpter originalē iuſticiam in
qua creatus erat. Tamē q̄tum ad
ſpeciem ꝛ quantitatē peccati ꝛ etiā
q̄tum ad alias circūſtātias q̄ pec/
catū magis aggrauant ſicut multa
grauiora pctā ſūt ſecuta. ita ꝛ inter
illa oīa maleficoꝝ excedūt qđ etiaȝ
clarius ex duobꝰ deducit̄. Nam ſi/
cut vnū peccatū dicit̄ maius altero
vel cauſalitate vt pctm̄ luciferi. vel
generalitate vt pctm̄ Ade. vel defo:
mitate vt pctm̄ Jude. Vel difficul
tate remittēdi vt pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄.
Vel periculo vt peccatū ignorātie.
Vel inſeꝑabilitate vt pctm̄ cupidi/
tatis. Vel pronitate vt pctm̄ carnis
Vel diuine maieſtatis offenſione:
vt peccatū ydolatrie ꝛ infidelitatis
Vel expugnādi difficultate vt ſup/
bia. Vel mentis cecitate vt ira. Ita
ꝛ poſt pctm̄ luciferi omia alia pctā
maleficorū oꝑa excedūt: tam in de/
formitate crucifixum abnegātes q̄
ꝛ pronitate ſpurcitias carnis cū de
monibus exercētes. Ac mentis ce/
citate in omne nocumentū tam ani
marū q̄ȝ corporū hominū ꝛ iumen
torū toto malignitatis ſpū debach/
antes. prout ex ſupradictis patuit.
Quod etiā iuxta Iſid. nomen oſtē
dit. Dicunt̄ eñ malefici ob facino/
rū magnitudinē ꝛc̄. vt ſupra patuit

Deducit ⁊ ex iſto. Nã cũ duo ſũt in pctõ auerſio ⁊ ↄuerſio. Juxta illud Auguſtini. Peccatum eſt ſpreto incõmutabili bono rebus mutabilibꝰ inherere. Et ipſa etiã auerſio a deo ſit tanq̃ formale ſicut ipſa conuerſio tanq̃ materiale. Ideo tanto aliquod pctm̃ eſt grauiꝰ. quãtomagis hõ ꝑ ipm̃ a deo ſeparatur. Et qꝛ ꝑ infidelitatẽ homo maxime a deo elõgatur. ideo ⁊ maius oĩbus peccatis maleficiũ infidelitatis exiſtit. Et hꝫ declarat̃ ꝑ nomẽ hereſis qđ eſt etiã apoſtaſia a fide ſimul ⁊ ꝙ tota earũ vita pctm̃ eſt. De p̃mo. Nã cũ peccatum infidelitatis ↄſiſtat in renitẽdo fidei. Et hoc põt dupliciter fieri vel qꝛ renitit̃ fidei nonduꝫ ſuſcepte aut ſuſcepte. Si primo mõ tunc eſt infidelitas paganoꝝ aut gẽtilium. Si ſecundo mõ tũc iterũ duplicit̃. quia aut renitit̃ xp̃iane fidei ſuſcepte. in figura aut in ip̃a manifeſtatione veritatis. Primo mõ eſt infidelitas iudeoꝝ. Scđo mõ infidelitas hereticoꝝ. Vñ patet ꝙ hereſis maleficarum inter tres ſpecies infidelitatis grauiſſima exiſtit. qđ etiã ratione ⁊ auctoritate comprobatur. Nã. ij. Petri. ij. dicit̃. Melius erat illis viam veritatis non cognoſcere q̃ poſt cognitã retrorſum conuerti. Ratione. Nã ſicut grauius peccat q̃ nõ implet quod ꝓmiſit q̃ ille qui nõ implet hoc quod nunq̃ ꝓmiſit. Ideo infidelitas hereticoꝝ qui ꝓfitent̃ fidẽ euãgelij ⁊ tamen ei renitũtur corrũpentes ipam grauius peccant q̃ iudei ⁊ pagani. Et iterũ. Judei grauius peccãt q̃ pagani. quia ſuſceperunt fidei chriſtiane figuraꝫ in veteri lege quã male interp̃tãtes corrumpũt quod pagani nõ faciũt. ideo etiã ipſoꝝ infidelitas eſt grauius peccatũ q̃ infidelitas gentiliuꝫ qui nunq̃ fidẽ euãgelij ſuſceperũt. De ſcđo qđ ⁊ apoſtate nuncupant̃. Nam ſm Thomã ſcđa ſcđa. q. xij. Apoſtaſia importat quandã retroceſſionẽ a deo ⁊ religione que fit ꝑ diuerſos modos q̃bus hõ coniũgitur deo. vel ꝑ fideꝫ. vel per ſubiectã ad obediendũ voluntatẽ. Vel ꝑ religionẽ. ⁊ clericatum. Scđm qđ etiam dicit Raymũdus ⁊ Hoſtieñ. ꝙ apoſtaſia eſt temerarius a fidei ſtatu vel obedientie vel religionis exceſſus. Et cũ remoto priori remouetur poſterius: ſed nõ econuerſo. Jđ ⁊ prima alias duas excedit. ſcꝫ apoſtaſia a fide precedit a religione. de qua. xlviij. diſtin. quãtũlibet. ⁊. xvj. q. j. legi nõ debet. Tamẽ ſm Ray. non iudicat̃ apoſtata ſeu fugitiuus etiam ſi ad longinqua diu euaget̃. niſi poſtq̃ ſic viuit ꝙ animũ redeũdi ſe depoſuiſſe oñdit. ff. de re mili. l. deſertorẽ. Et hoc fieret ſi vxorem duceret vel ſimile tale. Similiter ⁊ apoſtaſiam inobediẽtie vbi q̃s ſp̃õte cõtemnit precepta eccleſie ⁊ p̃latoruꝫ. de qua. iij. q. iiij. alieni. Quia etiã infamis efficitur repellit̃ a teſtimonio ⁊ debet excõmunicari. xj. q. iij. Si aũt. Unde ⁊ apoſtaſia đ qua loquimur ſup apoſtaſiam maleficaruꝫ dicit̃ apoſtaſia ꝑfidie q̃ ⁊ tanto grauior. quãto ⁊ cũ inimico fidei rationis ſalutis per pactũ expreſſum peragit̃. Hoc em̃ habent facere malefice ⁊ hoc inimicus ille exigit vel in toto vel in parte. Reperte ſũt em̃ per nos inquiſitores que oẽs fidei articulos abnegauerant. quaſdam vero certas in numero ſemꝑ tamen confeſſionem verã ⁊ ſacramẽtalem

habeāt abnegare. Unde et Juliani apoſtate perfidia nō videt tanta fuiſſe licet in aliïs aduerſus eccleſiam maiora exercuiſſet. De qua ꝛ .ij.q. vij. nō poteſt. Si quis vero incidentaliter quereret. Quid ſi mente ꝛ corde fidē tenerent quoꝝ ſcrutator ſolum deus eſt. ꝛ nō quecunqꝫ angelica creatura vt ſupra patuit. facerēt tamē reuerentiā et obedientiā dyabolo per actus exteriores. Dicēdū videt ꝙ cū apoſtaſia perfidie dupliciter poteſt fieri. per actus infidelitatis exteriores abſqꝫ exp̄ſſo pacto cum demone inito. ſicut qui in terris infidelium mahumeticā vitā aſſumeret aut in terris chriſtianoꝝ cum expreſſo pacto ꝛc̄. Primi vbi mente retinent fidē. actu tamē exteriori negant. licet non ſint apoſtate nec heretici tamē mortaliter peccāt Sic eñ ſalomon diïs ſuarū vxoꝝ reuerentiam exhibuit. Nec eñ aliquis excuſat ſi ex metu hoc faceret qꝛ ſm Aug. Sanctus eſt mori fame ꝙ veſci ydolaticis. aliq habent Sacius. xxxij.q.iiij. Sacius. Maleſici autem quantūcunqꝫ fidē retinēt corde ꝛ abnegant ore apoſtate tamen iudicant eo ꝙ fedus cū morte ꝛ pactū cū iferno pepigerūt. Vñ ſanctus Thomas in .ij. diſt. iiij. ar. vltimo. Loquēs de ſimilibꝰ operibus magicis. Et qui quocunqꝫ mō auxiliū petūt a demonibus dicit. In oībus eſt apoſtaſia a fide ꝓpter pactū initū cū demone vel verbotenus ſi inuocatio interſit vel facto aliquo etiā ſi ſacrificia deſint. non eñ pōt homo duobus dominis ſeruire. Ad idem Albertus vbi ſupra diſt. viij. vbi queritur. Utrum magicis et mathematicis intēdere ſit peccatum ꝛ apoſtaſia a fide. Ita reſpondit. In talibus eſt ſemper apoſtaſia verbi vel operis. Si eñ inuocationes fiant tunc apertum pactū initur cū demone ꝛ tunc eſt aperta apoſtaſia verboꝝ. Si aūt nō fit niſi opere ſimplici tunc eſt apoſtaſia operis. Et qꝛ in his omnibus ſemp eſt fidei ꝯtumelia qꝛ expectat a demone qd̄ expectandū eſt a deo. ido ſemp apoſtaſia iudicat. Ecce ꝙ clare duplicem apoſtaſiam ponūt terciam ſubintelligētes ſcilicet cordis que ſi deſit tamen malefice verbis ꝛ operibus apoſtatrices iudicant. Penis ergo vt patebit ꝛ hereticorum ꝛ apoſtatarū ſubiacere debēt. Eſt et tercia criminis enormitas ꝑ cunctis aliïs hereſibus in eis. Nā ſi iuxta Auguſtinū omnis infidelium vita peccatum eſt. xxviij.q.j.§. ij. ꝛ eſt gloſa ſup illud Romanoꝝ xiiij. Omne qd̄ nō eſt ex fide peccatum eſt. Quid iudicandū eſt de tota vita. id eſt de omibus aliïs operibus maleficarū que tamē nō ad cōplacentiā demonū fiant ſicut ieiunare. eccleſias frequētare. cōmunicare ꝛ ſic de aliïs. In omibus enim peccant mortaliter qd̄ ſic declarat. Tanta eſt eñ labes huius peccati ꝙ facultatem reſurgendi. licet non ex toto amputat. eo ꝙ pctm̄ nō corrumpit totum bonū nature ꝛ lumē naturale in eis remaneat. Tamen ꝓpter p̄ſtitum homagiū niſi ab illo abſoluant. omnia eoꝝ opera etiā de genere bonorum ſunt potius de genere malorum quod in aliïs infidelibus nō cernitur. Nā ſm Tho. ſcda ſcde. q.x. An omnis actio infidelis ſit peccatuꝫ dicit ꝙ quis opera infideliū que ſunt de genere bo

norū vt ieiunia elemoſyne et hmōi
non ſint eis meritoria ꝓpter infide
litatem que eſt grauiſſimū peccato
rum. tamen quia peccatum non cor
rumpit totum bonum nature. ſʒ re
manet in eis lumen naturale. Ideo
non omnis actus eorum eſt morta
le peccatum. ſed actus procedēs ex
ipſa infidelitate vel relatus ad ipaʒ
etiam ſi ſit de genere bonorū. puta
Saracenus ieiunat vt ſeruat legem
Mahumeti de ieiunio mandantē.
Iudeus celebrat ſuas feſtiuitates
⁊ huiuſmodi in his eſt mortale. Et
ſic intelligitur illud Auguſtini ſu
pra allegatum. Omnis infideliū vi
ta peccatum eſt.

Qꝫ malefice grauiſſimas meren
tur penas vltra omnes flagitioſos
mundi.

d

Eniqꝫ ꝙ eo
rum flagicia cuncta aliorū
peccata excedunt quantuʒ
ad demeritum pene declarat. Pri
mo quo ad penam hereticis infligē
dam. Secundo quo ad penam apo
ſtatis inferendam. Nam heretici
quadruplici pena puniuntur ſcđm
Raymundum ſcilicet excōmunica
tione depoſitione. rerum ablatione
⁊ corporali morte. De quibus om
nibus lector inueniet ſuper primū.
de ſen. excom. Nouerit. et ſuper ſe
cundum. xxiiij. q. j. Qui contra pa
cem. ⁊ tercium. diſt. vlij. quo iure. et
xxiij. q. vij. capl. j. ⁊ ſequenti. ſuper
quartum. eodeʒ titulo. ſcilicet de he
reticis. Excōmunicamus primo et
ſecūdo. immo ⁊ grauiſſimas incur
runt penas. Credentes. receptato
res. fautores ⁊ defenſores. Nam vl
tra penam excōmunicationis illis
inflictam heretici cum fautoribus
et defenſoribus ſuis et receptatori
bus ⁊ ipſorum filij vſqꝫ ad ſcđaʒ ge
nerationem per lineam paternam.
per lineam vero maternam vſqꝫ ad
primū gradum ad nullum benefici
um vel officium eccleſiaſtū admit
tunt vt eo. ti. quicunqꝫ. ⁊ ca. ſtatutū
libro. vj. Sed ſuper terciam penaʒ
ſi heretici habent filios catholicos
priuant paterna hereditate in dete
ſtationē criminis. Et ſuper quartā
penā ſi poſt deprehenſionē erroris
cōtinuo nō velit reuerti et hereſim
abiurare ſubito debet comburi ſi la
icus eſt. Falſarij eñ pecunie ſtatiʒ
morti tradunt quātomagis falſarij
fidei. Si vero clericus poſt ſolennē
degradationē relinquit curie ſecu
lari occidēdus. Si aūt reuertantur
ad fidē detrudi debēt in perpetuuʒ
carcerē. de hereticis. Excōmunica
mus. primo ⁊ ſecūdo. ⁊ hoc de rigo
re iuris. Mitius tamen agitur cuʒ
eis poſt abiurationē quā ad arbitri
um epiſcopi ⁊ inqſitoris facere de
bent ꝓut in tercia parte opis pate
bit vbi de varijs modis ſententiādi
tales tractat. quis etiā dicat depre
henſus ⁊ ↄuictus ſeu etiā relapſus.
His āt modis mulctare maleficas
nō videt ſufficere cū nō ſint ſimpli
ces heretice. ſʒ ⁊ apoſtate et vltra h
ꝙ in ipſa apoſtaſia nō hoib⁹ ꝓpter
metū aut carnis oblectamēta fidem
abnegant. vt ſupra tactum eſt. Sed
ipſis demonibus vltra abnegatio
nem etiam homagiū corpora ⁊ ani
mas offerendo preſtāt. Ex quibus
ſatis probabile videtur ꝙ quantū
cunqꝫ peniteant ⁊ ad fidem reuertā
tur nō debent ſicut alij heretici car
ceribus perpetuis mancipari. ſed

vltimo ſupplicio puniri. ⁊ hoc etiã ꝓpter dãna temporalia hominibus ⁊ iumẽtis varijs modis illata leges ſinperãt. vt patet. C. de maleficis. l. nullus. l. nemo. ⁊. l. culpa. Et eſt ſimilis culpa prohibita. diſcere ⁊ docere. Et loquunt̃ leges ſuper ſortilegos q̃ꝫtomagis ſuꝑ maleficos. vbi dicunt ꝙ pena illorum eſt bonorum publicatio ⁊ decapitatio. Et ſi quis tali arte mulierem ad luxuriam ꝓuocauerit. vel econuerſo beſtijs exponitur. vt dicitur ibidem. l. multi. Et de his in prima queſtione tactum eſt.

Queſtione decimaqnta Declaratur ꝙ ꝓpter peccata maleficarum innoxij ſepe maleficiantur licet etiam interdum propter peccata propria.

ſ

Ed ⁊ hoc qđ diuina ꝑmiſſiõe ꝑſões innoxij dãnificant̃ ⁊ puniũtur in premiſſis nocumentis propter aliena peccata maleficarum ⁊ nõ ꝓpter culpas ꝓprias. Nec alicui hoc videatur inconueniens oſtẽdit ſanctus Thomas ſecunda ſecunde. q. cviij. Hoc fieri iuſte a deo. loquendo đ penis preſentis vite triplici ratione. Primo quidem ꝙ vnus homo eſt res alterius. ⁊ ſicut quis punitur in rebus. ita ⁊ in penam alterius aliquis puniri poteſt. Nam filij ſcḋm corpus ſunt quedam res patris. ⁊ ſerui ⁊ animalia res dominorum. ⁊ ſic filij puniunt̃ quandoqꝫ ꝓ parentibus. ſicut filius natus ex adulterio Dauid mortuus fuit q̃ꝫ citius. ⁊ animalia Amalechitaruꝫ iuſſa ſunt interfici. q̃uis ⁊ in huiuſmodi ſit ratio myſtica. vt habetur. j. q. iiij. § paruulos. Secundo. quia peccatum vnius deriuatur in alterꝝ. Et hoc dupliciter. Per imitationem. ſicut filij imitãtur peccata parentum. ⁊ ſerui ⁊ ſubditi peccata dominoꝝ. vt audacius peccent. vt fit in rebus male acq̃ſitis in q̃bus filij ſuccedũt ſui in latrocinijs ⁊ guerris iniuſtꝭ. Vñ ſepius interficiunt̃. ⁊ ſubditi p̃latoruꝫ audacius peccant dum eos peccare cernũt etiam ſi eadem peccata nõ committũt vñ ⁊ iuſte puniunt̃. Deriuat̃ etiam peccatũ vnius in alterum ꝑ moduꝫ meriti. vt ſubditorum in malum prelatum. id eſt. ꝙ peccata ſubditoꝝ merentur peccatorem p̃latum ſcḋm illud Job. Regnare facit hypocritã ꝓpter pctã populi. Deriuat̃ etiam peccatum ⁊ cõſequenter pena ꝑ aliquẽ conſenſum vel diſſimulationẽ. Hoc eſt qñ ſuperiores peccata nõ redarguunt. tũc ſepiſſime boni cũ malis puniunt̃. vt dicit Auguſtinus in. j. de ciuita. dei. Exemplũ vbi inter nos inq̃ſitores vnus repperit quoddã oppidũ mortalitate hominũ q̃ſi deſtitutũ. ⁊ vbi fama volabat ꝙ quedã mulier ſepulta lintheamen in q̃ ſepulta erat ſucceſſiue deglutiret. ⁊ ꝙ peſtis ceſſare nõ poſſet. niſi ex ĩtegro lintheamen deglutiẽdo ad vẽtrẽ ꝯſũpſiſſet. Habito cõſilio deſuꝑ ſcultetus cum p̃fecto ciuitatis ſepulcruꝫ effodiẽtes inuenerũt q̃ſi dimidietatẽ lintheaminis ꝑ os ⁊ collum vſqꝫ in ventrẽ immiſſam ⁊ ꝯſumptã. Quo viſo motus ſcultetus gladium extraxit ⁊ caput amputãdo extra foueam ꝓiecit ſicqꝫ ſubito peſtꝭ ceſſauit. Ex q̃bus vtiqꝫ diuina ꝑmiſſiõe pctã illius vetule ſuꝑ innoxios ꝓpter diſſimulationem p̃ſidentiũ punita fuerũt. Nã

pꝛehabita inquiſitione repertū fuit
ipam lōgo tpe vite ſue ſoꝛtilegam et
magam fuiſſe. Exemplū de punitio
ne dauid in enumeratione ppl'i per
peſtem. Tercio fit diuina permiſſi-
one vt humane ſocietatis vnio cō-
mendet ex qua vnus homo debet ꝓ
alio ſollicitus eſſe vt nō peccet ⁊ ad
deteſtationem peccati duz ſcꝫ pena
vnius redundat in oēs. quaſi omēs
ſint vnū coꝛpus. Exemplū de pctō
Achoꝛ Joſue. vij. Poſſum⁹ adhuc
addere duos modos pꝛout puniun
tur mali interdū per bonos interdū
etiā ꝑ alios malos. Nam vt Gratia
nus dicit. xxiij. q. v. §. vltimo. Ali-
quādo deus punit malos per legiti
mā poteſtatē gerentes ex mandato
ſuo. ⁊ hoc dupliciter. Interdū cum
merito puniētiuꝫ ſicut puniuit pec
cato chananeoꝝ per ppl'm ſuū. In
terdū abſqꝫ merito punientiū: ſꝫ eti-
am in ipſoꝝ penā ſicut tribū benia-
min puniuit. et deleuit vſqꝫ ad pau-
cos. Aliquādo punit etiā per popu
los ſuos iuſſu ſeu permiſſione exci-
tatos nō tamē intēdentes deo obſe
qui: ſed ſue ſatiſfacere cupiditati. et
ideo cum ſui damnatione ſicut iam
punit ppl'm ſuū per thurcos. ⁊ ſepi
us ante per alienigenas etiam in ve
teri lege. Sed nota. ꝙ quacunqꝫ de
cauſa quis puniat̄ ſi nō ſuſtinet pa-
tienter penas tūc ſunt flagella non
ad ſatiſfactionē: ſed ad vindictā tm̄
id eſt punitionē. Juxta illud Deu-
tro. xxxij: Ignis ſcꝫ pene tpalis ſuc
cenſus eſt in furoꝛe meo. id eſt in pu
nitione. q2 alias nō eſt in deo furoꝛ.
⁊ ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima
id eſt vindicta hic incipiet ⁊ ardebit
vſqꝫ ad extremā damnationē. vt ex-
ponit Aug⁹. Et habet̄ de pe. di. iiij.
§. auctoꝛitas. Sed ſi patienter ſerā
tur ipſa flagella ⁊ ſit patiens in ſta-
tu gratie habent locū ſatiſfactionis
vt dicit Tho. in. iiij. Etiā ſi quis pu
niret̄ a iudice ꝓpter maleficiū com-
miſſum vel etiaꝫ malefica ⁊ hoc ſm
plus ⁊ minus ſm deuotionē patien
tis ⁊ qualitatē criminis. Moꝛs aūt
naturalis cum ſit vltimū terribiliū.
nō tamē eſt ſatiſfactoꝛia. q2 ꝑ natu-
ram inoleuit in penā oꝛiginalis pec
cati. Licet ſm Scotum etiā volun-
tarie ⁊ cū deuotione expectata ⁊ t'o
oblata in ſua amaritudine poſſit fie
ri aliquo mō ſatiſfactoꝛia. Moꝛs tn̄
violenta ſiue quis eam meruit ſiue
nō ſemꝑ eſt ſatiſfactoꝛia ſi patiēter
ſuſtineat̄ ⁊ in gratia. Et hec quideꝫ
quo ad penas ꝓpter alioꝝ peccata
inflictas. Propter ꝓpꝛia aūt etiā de
us flagellat in vita pſenti ⁊ ſpāliter
circa maleficia inferēda. Nā thob.
vij. Super illos qui libidini deſer-
uiunt dyabolus accipit poteſtatem
qđ etiā ex pꝛecedētibus patuit de-
clarando maleficia circa membꝛa et
potētias generatiue potētie q̄ deus
amplius permittit maleficari. Atta
men ad pdicādum ppl'o notandum
ꝙ pmiſſis punitionibus nō obſtāti
bus ſm quas deus pꝛo culpis alie-
nis ſiue ꝓpꝛijs punit hāc regulā iu
ris pꝛo fundamēto teneat ⁊ populo
ꝓponat q̄ dicit. Sine culpa niſi ſub
ſit cā nō eſt aliquis puniēdus extra
de reg. iu. ⁊ hec regula locū habꝫ in
iudicio poli. i. dei. ⁊ i iudicio foꝛi. i.
in foꝛo humano ſiue ſeculari ſiue ec
cleſiaſtico. Declara de iudicio poli.
Nā cū deus duplici pena ſpūali et
tpali punit. In pma inuenit̄ ꝙ nun
qꝫ ſine culpa. In ſcđa inuenit̄ ꝙ in-
terdū bene ſine culpa. ſꝫ nō ſine cā.

De pꝛima ſpũali pena q̃ cum eſt trí
plex ſcilicet. ſubtractio gr̃e. vñ ſeq-
tur obduratio in pſcitis. nõ fit ſine
culpa ꝓpꝛia. Scđa pena dãni. id eſt
puationis glorie. hoc etiã nunq̃ in
fligit ſine culpa ꝓpꝛia vt in adultis
vel cõtracta vt in paruulis in origi-
nali decedẽtibus. Tercia pena ſen-
ſus. id eſt cruciatio ignis infernalis
etiam patet. Unde quod dicit Exo
di. xx. Ego dñs zelotes viſitãs pec
cata parentũ in filios vſq; in terciã
⁊ quartã generationez. intelligit de
imitatoꝛibus paternoꝝ ſcelerum vt
exponit Gratianus. j. q. iiij. §. q̃bus
vbi etiã dat alias expoſitiones. De
ſcđa aũt pena tpali punit de⁹. Pꝛi-
mo ꝓpter culpam alterius vt ſupra
tactũ eſt. triplici ratione. vel etiã ſi-
ne culpa aliena ⁊ ꝓpꝛia: ſed nõ ſine
cauſa. vel etiã ex culpa ꝓpꝛia ⁊ nõ
aliena. qđ ſi vis ſcire cauſas ꝓpter
quas deus punit ⁊ tamen abſq; cul
pa aliena ⁊ ꝓpꝛia videas quinq; mo
dos quos ponit mgr̃ in. iiij. diſt. xv
ca. ij. Et recipe tres pꝛimas cauſas.
Reliquas duas accipe pꝛo culpis
ꝓpꝛijs. Nam dicit quinq; de cauſis
deus hoiem flagellat in vita pſenti
ſiue penas infert. Pꝛimo vt de⁹ glo
rificet. Et hoc fit qñ miraculoſe re-
moueat pena ſiue flagellũ. Exẽpluz
de ceco nato. Joh. ix. De lazaro re
ſuſcitato Joh. xj. Scđo ſi pꝛimum
deſit immittit tamẽ vt meritum cu-
muleat per exercitium patientie. Ac
etiam vt virtus latẽs intus alijs ma
nifeſtet. Exemplũ in Job. j. ⁊ Tho
bie. ij. Tercio vt virtus cõſeruet p
humiliationẽ flagelloꝝ. Exemplũ
in paulo qui de ſe dicit. ij. ad Coꝛ.
xij. Ne magnitudo reuelationũ ex
tollat me datus eſt mihi ſtimul⁹ car
nis mee angelus ſathane ⁊c. qui ſti
mulus ſm remigiũ fuit quedam in-
firmitas coꝛpalis. Ne ſunt cauſe ſi
ne culpa. Quarto vt eterna damna
tio hic inchoet. vt ſcilicet aliqualit
oſtendat quid in inferno patietur.
Exemplũ in Herode Actu. xij. ⁊ in
Antiocho. ij. Macha. ix. Quito vt
homo purificetur. vel per expulſio-
nem culpe cum ſcz ex flagellis cõte
ritur. Exemplum de Maria ſoroꝛe
aarõ Nume. xiij. a lepꝛa infecta. et
iſraelitis pꝛoſtratis in deſerto ſcđm
Hiero. xxiij. q. iiij. quid ergo. Vel
ad ſatiſfactionem pene. Exemplum
in dauid qui poſt remiſſionẽ adul-
terij commiſſi quo ad culpam in pe
nam fuit expulſus de regno. vt pz
in. ij. Reg. quod notat Gre. de pe.
diſt. j. ſi peccatũ dauid. Poſſet etiã
dici omnẽ penã quã patimur pꝛoce
dere ex culpa noſtra ſaltim origina
li cum qua naſcimur quia ipſum eſt
cauſa omniũ cauſalitatũ, arti. diſt.
v. ad eius. Sed ⁊ tercia pena que eſt
damni loquẽdo de illa quo ad eter-
nam damnationẽ quã in futuro ſu-
ſtinebunt. nemo ambigat quin ſup
omnes damnatos in penis ſenſibi-
libus cruciabunt. Sicut eñ gratie
viſio in patria. ita moꝛtali culpe pe
na in inferno ſuccedit. Et ſicut gra
dus beatitudinis in patria cõmen-
ſurantur iuxta gradus charitatis ⁊
gratie in via ita ⁊ menſura ſupplici
oꝛum in inferno iuxta menſurã cri-
minum in via. Hoc eſt qđ Deutro.
xxv. dicit. Pꝛo mẽſura peccati erit
⁊ plagarũ modus. Et ſi hoc in alijs
peccatis omnibus tamen in ſpecia-
li maleficis hoc conuenit qđ ad He
bꝛe. x. tangit. Quantomagis puta-
tis deterioꝛa mereri ſupplicia qui ſi

lium dei cõculcauit ⁊ ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit. in quo ſanctificatus eſt. Hec ſunt ꝓpria maleficarũ fidem abnegantium et per diuiniſſimum ſacramentum plurima maleficia vt iam in ſecunda parte patebit exercentium.

Sextadecima. Declarat in ſpeciali veritas premiſſa cõparãdo opera maleficarum ad alias ſuperſtitionis ſpecies.

# Remiſſa de-

p

niq̃ꝫ q̃ vitas ad enormitatẽ criminũ in maleficis ꝓbat. per cõparationẽ ad alia opera magoꝝ ⁊ diuinatoꝝ. Nã cũ quatuordecim ſint ſpecies circa opera ſuperſtitioſa ex triplici genere diuinationũ. Quoꝝ primũ fit per manifeſtam demonũ inuocationẽ. Scđm per tacitam ſolã conſiderationẽ diſpoſitionis vel motus alicuius rei. vt ſiderũ dierum. aurarum ⁊ hmõi. Terciũ per cõſiderationẽ alicuius actus humani ad inquirendũ aliq̃d occultũ q̃ ſortium nomen habẽt. Et ſpecies primi generis diuinationis q̃ fit per expreſſam demonũ inuocationẽ. ſint preſtigiũ. diuinatio ſomnioꝝ. Nigromãtia. Diuinatio phitonica. Geomantia. Idromantia. Aeromantia. Pyromantia ⁊ alioꝛũ cultꝰ Tho. ſcđa ſcđe. q. xcv. ⁊. xxvj. q. iiij. igitur. ⁊. q. v. nec mirũ. Species deniq̃ꝫ ſecũdi generis genealitici. auruſpices. augures omen ſeruantibus chyromãtia ⁊ ſpatulamãtia. Species etiã tercij generis variant̃ ſm oĩa illa que ſortiũ nomen habent ad inquirendũ aliq̃d occultum. ſcꝫ per ꝯſiderationẽ punctoꝝ. feſtucarũ, figuraꝝ in plũbo liquefactarũm. Et de his Thomas. vbi ſupra. ⁊ xxvj. q. ij. ⁊. q. iiij. ꝑ totũ. Tñ hec oĩa crimina maleficarũ flagicia excedũt. qđ de ꝯſtãtioꝛibus ſpeciebus deducit̃. Vñ ⁊ de minoꝛibꝰ nõ difficultat̃. Nã in prima ſpecie vbi aliqui preſtigioſis quibuſdã apparitionibus ſenſus humanos decipiunt vt res coꝛpalis aliter ſentiat̃ ꝑ ſenſum viſus aut tactus vt in ꝑcedẽtibus tactum eſt de mõ ꝯſtringẽdi. Malefice his nõ contente circa mẽbra generatiue potẽtie illa interdum ꝑſtigioſa apparitione auferendo licet nõ in rerum veritate. etiam ipſam generatiuã potentiã pluries auferunt. ne mulier ꝯcipere aut vir actũ exercere valeat etiã remanente mẽbro abſq̃ꝫ preſtigioſa illuſione poſt cõceptum etiam aboꝛſum procurant ſepe procurãt cum innumeris alijs malis in diuerſis etiam foꝛmis beſtiarũ apparent vt in ſuperioꝛibus patuit. In ſecũda deniq̃ꝫ ſpecie q̃ ⁊ nigromantia dicit̃. ⁊ fit ꝑ moꝛtuoꝝ apparitionẽ vel locutionẽ cũ vt dicit̃ tercio lib. ethymol. Nigros grece moꝛs dicit̃ latine. mancia vero diuinatio. faciũt autẽ talia per ſanguinẽ hominis aut alicuius animalis. ſuꝑ quibuſdam caracteribus. ſcientes demones ſanguinem amare. id eſt eius effuſionẽ ⁊ peccata. Vñ fit vt vbi moꝛtuos ab inferis ſevocare putant ad reſpõdendũ ad interrogata. demones in coꝝ ſimilitudinibus apparẽtes talia exercẽt. Et hmõi artis erat illa maga et phitoniſſa de q̃. j. Reg. xxviij. q̃ ad inſtãtiã ſaulis Samuelẽ ſuſcitauit. Nec ex ħ putat q̃s talia eẽ licita q̃ ſcptura cõmemoꝛat aĩam iuſti ꝓphe ab iferis vocatã ſauli euentũ futuri

belli etiã ꝑ mulierẽ phitoniſſaꝫ ape
ruiſſe. Quia vt Aug. dicit ad ſimpli
cianum. Non eſt abſurdum credere
aliqua diſpenſatiõe ꝑmiſſum fuiſſe.
vt nõ dñante arte magica vel poten
tia. ſ; diſpẽſatõe occulta. q̃ phitoniſ
ſaꝫ ⁊ Saulẽ latebat ſe iuſti ſpũs oñ
deret regis aſpectibus diuia eũ ſnĩa
ꝑcuſſurus. Vel nõ vere ſpũs ſamue
lis a ſua reqe ẽ excitatus. ſ; aliqđ fã
taſma ⁊ illuſio demonũ imaginaria
diaboli machinatõibus ẽ facta quã
appellat Samuelẽ ſcp̃tura. ſic̃ ima
gines ſolẽt ſuaꝝ reꝝ noibus appel
lari. Hec ex rñſiõe cuiuſdã argumẽ
ti ſuꝑ q̃ſtionẽ. An diuinatio q̃ fit in
uocatiõe demonũ ſit illicita. ij. ij. q.
xcv. ar. iij. Ad ſcðm. Sed ſi lectori
placet videat rñſionẽ ſuꝑ vltimũ ar
gumentũ q̃ſtionis. An gradꝰ ꝓphie
ſint in btis in eadẽ ſũma. q. clxxiiij.
Inſpiciat etiã dictũ Augꝰ. xxvj. q.
v. nec mirꝫ. Sꝫ hec paꝝ ad malefica
rũ oꝑa q̃ nullã in ſe retinẽt ſpẽꝫ pie
tatis vt intuẽti eoꝝ oꝑa ptꝫ ſangui
nẽ innocentẽ fundere nõ ceſſantes.
occulta q̃cꝫ dyabolicis inſtructõibꝰ
manifeſtantes. nec viuis aut mortu
is parcũt vbi aĩas cũ corꝑibus in
terimũt. In tercia deniqꝫ ſpecie q̃ ⁊
ſomnioꝝ diuiatio dĩ dupl'r obſuaẽ.
Primo qñ q̃s vtiẽ ſomnijs vt valeat
aliqđ occultũ inueſtigare ex reue
latõe maloꝝ ſpirituũ cũ q̃bus habẽ
tur pacta exp̃ſſa qñ. ſ. ad hoc inuo
cantẽ. Scðo vͦo qñ q̃s vtiẽ ſomnijs
ad ꝯgnoſcẽdũ futura ſcꝫ ꝙ ſomnia
ꝓcedũt ex reuelatõe diuia vel ex cã
naturali intrĩſeca vel extrĩſeca q̃tũ
põt ſe extẽdere talis vͦtus nõ erit il
licita diuinatio. Hec Tho. vbi. s̃.
Pro cuius intelligentia vt p̃dicato
res nucleũ ad minus habeãt. Notã
dũ ad ꝑmũ de angelis ꝙ cũ ãgelus
ſit limitate vͦtutis efficacius reuela
re põt aliqđ futuroꝝ anie diſpoſite
q̃ꝫ idiſpoſite. Diſpoſitio aũt fit poſt
ſedatõeꝫ motuũ exterioꝝ ⁊ interio
rum vt qñ ſilẽtes ſunt noctes. ⁊ ſe
dati ſunt motus fumoſitatuꝫ. ⁊ hoc
fit circa aurorã qñ digeſtio ẽ cõple
ta. Et hoc dico de nob pctõribus ſi
milibus q̃bus angeli ex diuia pieta
te ad ꝓſecutõeꝫ officij aliq̃ reuelãt.
aut tꝑe ſtudij in aurora intellectum
de occultis ſcripturaꝝ informante.
Preſidet em̃ ãgelus bonus intelle
ctui ſic̃ deus volũtati. ⁊ corꝑa cele
ſtia nr̃is corꝑibus. alijs aũt ꝑfectio
ribus q̃buſcũqꝫ põt ⁊ q̃cũqꝫ hora re
uelare. vigilãdo ⁊ dormiẽdo. Quis
⁊ iuxta Phm in de ſom. ⁊ vigi. ſunt
magis apte reciꝑe reuelatões vt di
ctuꝫ eſt vno temꝑe q̃ꝫ altero ꝓut ce
teri magi facere ꝯſueuerunt. Ad ſe
cundũ nota ꝙ ex naturali ſollicitu
dine nature de regimine corꝑis cõ
tingit ꝙ quedã futura hñt cãꝫ natu
ralẽ in homie ſomniãte. Et tunc illa
ſomnia ſeu viſiones ſunt tãtũmõ ſi
gna ⁊ nõ cauſe. ſic̃ ex ꝑte angeli di
ctum eſt. ⁊ hoc accidentiũ futuroꝝ
in homie vt ſanitatis vel egritudis
vel periculi ⁊c̃. Et hec eſt ſnĩa Are
ſtoẽ. vbi. s̃. Quia natura rep̃ñtat in
ſomnis anime aliq̃s diſpoſitões q̃
ſunt in corꝑe ex q̃bus poſtea cõtin
git ĩfirmitas vel aliud. vt ſi q̃s ſom
net de occupatõibus igneis. ſignuꝫ
eſt ꝙ p̃dominaẽ in eo colera. Si de
aeris vt de volatu ⁊ hmõi. ſignũ eſt
ſanguinis. Si aq̃ vel alterius liquo
ris aquei ſignuꝫ eſt flegmatis. ſi de
terreis ſignũ eſt melãcolie. Et ideo
ꝑ ſomnia qñqꝫ iuuanẽ medici ad co
gnoſcendum diſpoſitões corꝑis. vt

etiam dicit phs in eodē li. Sꝫ hec
iteꝝ leuia ſunt ꝑ cōpatōem ad ſom
nia a maleficis ſupſtitioſe obſerua
ta. Naꝫ ſi corꝑaliter vt ſupra tactū
eſt nolūt transferri. ſꝫ tantū imagi
narie cernere q̄ a conſodalib⁹ ma-
leficis ꝑpetrantur reponere ſe hn̄t
ad ſiniſtrū latus in noīe ſui diabo
li ⁊ oīm demonioꝝ. Vn̄ fit, vt ei ſin
gula imaginaria viſione repn̄tant
a ſibi. Si aliq̄ occulta ſcire ꝓ ſe vel
alijs hoībus volunt a demonib⁹ ꝑ
ſomnia inſtruūtur nō ꝑ tacita ſꝫ ꝑ
expſſa cū eis pacta inita. Nec ite-
rū ꝑ q̄cūqꝫ pactū q̄cūqꝫ mō ꝑ ali-
quod ſacrificiū alicuius animalis
ſeu ſacrilege deꝑcationis aut cul-
tus etiā latrie exhibitionis ſed ſe-
ipſas in anima ⁊ corꝑe demonibus
offerētes. fidem penitus ſacrilego
ore abnegādo. Nec his cōtente ēt
ꝓprios aut alienos īfantes demo-
nibus offerūt aut interimūt. de q̄-
bus ſupra hitū ē. In quarta deni-
qꝫ ſpē q̄ per phitones a phiton ap
polline. iux̄ Iſidoꝝ. q̄ auctor diui
nandi dr̄ fuiſſe exercet. non ꝑ ſom
nia aut ꝑmortuoꝝ allocutōem ſꝫ ꝑ
viuos. vt in arreptitijs. qui ſic ar-
repti a demonibus vel voluntarie
aut inuolūtarie ad p̄dicandū tātū
mō futura. ⁊ non ad alia flagitia ꝑ-
petrando agitantur qualis fuit il-
la puella de qua Actu xvj. Clamā
do poſt apoſtolos ꝙ eſſent veri ſer
ui dei. Vn̄ indignatus paulus im
perauit ſpiritui exire ab ea. Patet
ꝙ modica ſit compario per reſpe-
ctum ad maleficas ⁊ eorū opa que
vtiqꝫ ſic ob magnitudinē facinorū
⁊ enormitatem criminū. iux̄ Iſid.
vt ſupra habitū eſt nūcupātur. Vn̄
cauſa breuitatis de alijs minorib⁹
ſpeciebus diuinationū hec ꝓbare
nō expedit vbi maiores excedere
noſcūtur. nam vbi p̄dicatori placꝫ
applicare alias. ſpecies vt geomā-
tiā que fit circa corpus t̄reſtre. vt
in vngue vel in ferro vl̄ lapide po
lito. Idromantiam que fit in aqua
vel criſtallo. Aeremātiam q̄ fit ī ae
re. Pyromātiam q̄ fit in igne. Ari
olorū q̄ in viſceribus animaliū im
molatoꝝ in aris demonū. Licꝫ he
oēs ꝑ expreſſam demonū inuoca-
tionē fiant. nulla tamē eſt compa-
tio ad maleficia maleficarū cuꝫ ad
nullū nocumentū hoīm iumētoꝝ
⁊ terre frugū tendunt directe. Sꝫ
ad futurorū p̄cognitionē. De alijs
etiā ſpeciebus diuinatōnū que cū
tacita inuocatōne ⁊ etiam ꝑ tacitū
vt ſic pactū erga demones practi-
cantur vt ſūt genealitici ſeu aſtro
logi ſic dicti ꝓpter natalīū conſide
rationes. Auruſpices q̄ dies ⁊ ho-
ras obſeruant. Augures q̄ geſtus
⁊ garritus auiū ⁊ omen q̄ v̄ba ho-
minū obſeruāt. Et cyromantici q̄
ex lineamētis manuū aut ſpatulis
animaliū diuināt. Si cui placet in
ſpiciat p̄ceptoriuꝫ Nider circa ſe-
cunduꝫ p̄ceptum ⁊ plura inueniet
quō ſint licita ⁊ quomō non. Ma
leficarū v̄o opa nūqꝫ ſunt licita.

Decimaſeptima eſt declaratiua quartedecime grauitatē criminis ad pctā q̄cūqꝫ demonū compando

Ed ⁊ tanta ē
ſ
earum ſacinorū magnitu
do ꝙ etiaꝫ malorū ange
lorū pctā ⁊ ruinā excedūt. Et ſi in
culpis quō nō etiaꝫ in infernalib⁹
ſupplicijs. Et hoc q̄dem q̄ ad cul
pas demōſtrare non ē difficile vꝛ

rijs rōnibus. Primo nam licet eiꝰ pctm̄ ſit irremiſſibile. hoc tn̄ nō ē ꝓpter magnitudinē criminis habendo reſpectū ad eoꝝ naturalia. ⁊ pcipue ſm opinionem illoꝝ qui dicunt eos tantū in naturalibus ⁊ nunq̄ꝫ in gratuitis fuiſſe creatos. Et qꝛ bonū gratie excedit bonum nature. ideo illoꝝ pctā qui a ſtatu gratie cadūt ꝓut malefice fideꝫ ſuſceptā in baptiſmo abnegātes exiſtūt. eoꝝ vtiq̄ꝫ pctā excedūt. Si vo dicamꝰ eos in grā fuiſſe creatos lꝫ nō ꝯfirmatos. ſic etiā malefice licꝫ nō creati in grā tamē a grā ſponte ceciderūt ſicut ⁊ ille volens peccauit. Secūdo demonſtrat. Nam licet eius pctm̄ ſit irremiſſibile varijs de cauſis alijs. puta ſm Aug. qꝛ nullo ſuggerēte peccauit. ideo etiā nullo reparante redire debet. Vel qꝛ ſm Dam̄. cōtra dei formaꝫ intellectu peccauit. ⁊ cognitio q̄nto ē nobilioꝛ tanto peioꝛ eſt erroꝛ. Seruus eni̇̄ sciēs volūtatē domini ſui ⁊c̄. Vel iterū ſm eūdem Dam̄. qꝛ nō eſt ſuſceptibilis pnīe. iō nec venie. ⁊ hoc ex natura ſua. q̄ quia ſpūalis tantūmō ē ſemel vtibilis. eo ꝙ ſe totā cōuertit ꝙ in hoīe nō fit vbi caro ſꝑ repugnat ſpūi. Vel iterū qꝛ excelſo loco peccauit vt in celo hō aūt in terra. His tn̄ nō obſtantibus eius culpa ī multis alijs minoꝛat̄ compatiue ad maleficiaꝝ flagitia. Primo in hoc ꝙ ille iux̄ Anſelmū in q̄dam ōrone nulla ꝑcedente delicti vindicta ſupbiens peccauit. Malefice vo poſt tātas penas ſepe multis alijs maleficis inflictas immo ⁊ poſt penas quas ꝑcipiūt in eccleſia diabolo occaſione ſue ruine inflictas oīa hec cōtemnūt ⁊ nō ad minima pctā mortalia vt ceteri pctōꝛes q̄ ex infirmitate aut malicia abſq̄ꝫ habitu malicie peccant. Sed ex pꝛofunda cordis malicia ad hoꝛrēda flagitia ꝓperant. Secūdo qꝛ licet triplex ſit ſtatus mali āgeli. Innocētie Culpe ⁊ Miſerie ſeu pene. Ipſe tamē ſic ab innocētia ſel̄ tantū cecidit ⁊ ꝙ ad illā nūq̄ꝫ reſtitutus fuit. Peccatoꝛ aūt ad innocētiam per baptiſmū reſtitutus iterꝫ ab illo cadens multū ꝓfundat̄. Et ſuꝑ oēs ipe malefice vt earū flagitia demōſtrant. Tercio ille ꝯ creatoꝛē. nos autē ⁊ ſuꝑ oēs ipſe malefice ꝯ creatoꝛeꝫ ⁊ redemptoꝛē ⁊c̄. Quarto ille dereliquit deū ꝑmittentē vicꝫ eū peccare ⁊ nō ex pietate eum ꝓſeq̄ntem. nos aūt ſuꝑ oēs ipſe malefice peccatis elongamur a deo ꝑmitente ⁊ ex pietate nos cōtinuo ꝓſequente ⁊ bn̄ficijs plurimis nos ꝑuenientem. Quinto ille preſtat in malicia deo reꝓbante ⁊ ſuā grān non apponēte nos miſeri currimꝰ in illaꝫ maliciā deo cōtinuo reuocāte. Sexto ille manet obduratꝰ ad puniētem nos obdurati ad blandientem Et ſi ambo ꝯ deū tn̄ ille ꝯ ſe requirentem nos cōtra ꝓ nobis moꝛientem. quē vt ꝑmiſimus ſuꝑ omnes malefice dehoneſtantes offendūt.

Solutōnes argumentoꝛum etiā declarant veritatem ꝑ compatōēꝫ.

Ad argumēta. Ad pꝛimū patet reſponſio per ea que in pꝛincipio coꝛpis q̄ſtōis tacta ſunt. Vn̄ videlꝫ aliq̄d peccatuꝫ debeat cenſeri grauius altero Et q̄mō peccata maleficarum grauioꝛa cūctis quo ad culpam exiſtunt. Et aliud quo ad penam. Dicenduꝫ ꝙ

ſicut culpa ade ita ⁊ eius pena dupliciter ↄſideratꝛ. vel q̄ ad pſonā vl' quo ad naturā totā vicȝ poſteritatē ex eo ſecutā. Primo mō. Sicut maiora pctā fuerūt poſt euȝ ꝑpetrata. q2 vicȝ ipe ſolūmō peccauit faciendo illud qđ erat malū nō ſm ſe ſed q2 ꝓhibitū. Fornicatōes vo adulteria ⁊ homicidia. vtroqȝ mō mala ſunt ſcȝ ſm ſe. ⁊ q2 ꝓhibita iō etiaȝ grauior pena eis debetꝛ. Scđo vo mō lȝ maxia pena ꝑmū pctm̄ ſecuta eſt. hoc tn̄ eſt ꝑ indirect ū tn̄qȝ tuȝ vicȝ ꝑ eū tota poſteritas originali pctō fuit infecta. eo q ipe ꝑmus parens oim̄ ꝓ qb9 omib9 ſolus filius dei ſatiſfacere potuit potētia ordiata. Pro ſuo aūt pſonali medietate diuina gratia penituit ⁊ ſaluat9 p9 ſolutōȝ factā ꝑ xp̄m. incōꝑabiliter aūt pctā maleficaꝝ excedūt i grauitate. nō cōtente de ſuis pſonalibus pctis ⁊ pditiōib9 cū etiā innūeras alias poſt ſe ↄtinue trahūt. Ad tertium dicendū ex ꝑhabitis q ħ fuit ꝑ accidēs in pctō ade q maiorē leſionē intulit. Et hoc vicȝ q naturā integrā inuenit. Et q corruptā neceſſario nō volūtarie tranſfundere habuit vn̄ nō ſeqtur q ſuum pctm̄ ſimpliciter g̃uius ceteris fuit. Tuȝ etiā q2 hec idē etiā ſequētia peccata feciſſēt ſi talē naturā iueniſſent. ſicut ⁊ ſm mortale pctm̄ nō priuat grāȝ eo q illā nō iuenit. ꝓuaret āt ſi illā inueniret. Hec eſt ſolutō ſcti Tho. in. ij. diſ. xxj. ar. ij. in ſolutōe ſcđi ar. quā ſolutōeȝ ſi q̄s ad plenū vult intelligere hȝ ↄſiderare q adā originalē iuſticiā ſi pſtitiſſet n̄ trāſfudiſſȝ in poſteros ꝓut Anſel. opinabatꝛ q2 etiā aliq̄s poſt eū peccare potuiſſet vt videbātꝛ dicta docto. diſt. xx. An pueri mox nati fuiſſent in grā ↄfirmati. Item q̄lſbet. cj. An idem q̄ nūc ſaluātꝛ hoīes ſaluati fuiſſent ſi Adam non peccaſſet.

Sequitꝛ modus predicādi cōtra quinqȝ argumēta laicoꝝ quibus ꝓbare videntur ſparſim q de9 nō ꝑmittat tantā poteſtatē dyabolo et maleficis circa huiuſmodi maleficia inferenda Q̄ō. xviij.

# It deniqȝ ꝑdicator ꝓuidus ſup certa argumēta laicoꝝ vl' etiā ꝑitoꝝ quorūdā q̄ intantū maleficas eſſe negāt q lȝ maliciā ⁊ potētiam demonis ad inferendū ex ſuo deſiderio hmōi mala ↄcedāt diuinā tn̄ ꝑmiſſionē ſibi ↄdeſcedētē negant. Nec volūt q deus talia fieri ꝑmittat. ⁊ licȝ modū arguēdi nō habeāt ⁊ in tenebris ſicut ceci palpitāt iaȝ vnū iam alteꝝ mediū tāgendo op9 tn̄ eſt coꝝ aſſertiones ad quinqȝ argumēta reducē. Ex q̄bus vtiqȝ omnes coꝝ cauillatiōes ꝓcedere pn̄t Et ꝑmo q deus nō ꝑmittat diabolo ſub tāta ꝑtāte ſeuire in homies.

Trū ad maleficialē effectuȝ a demone ꝑ maleficam procurandum ſemꝑ habet concurrere diuina ꝑmiſſio. Et arguitꝛ. quinqȝ argumentis q deus non ꝑmittit. vnde etiam maleficium nihil eſt in mundo. Et primum ſumitur ex parte dei. Secūdum ex parte dyaboli. Tercium ex parte malefice. Quartū ex parte morbi. Quintum ex ꝑte ꝑdicatoꝝ ⁊ iudicū q̄ talia ↄtra eas ꝑdicāt ⁊ iudicāt q̄ vtiqȝ nunqȝ ſecuri eēnt. Pmo ſic. De9 punire pōt hoiem ꝓpter pctā. ⁊ punit gladio fame ⁊ [m]ortalitate. Iteȝ

diuerſis alijs infirmitatibus varijſ
⁊ innumeris quibꝰ hũana cõditio
ſubiacet. vñ qꝛ opus ei nõ eſt adiũ
gere alias punitões. ideo nõ ꝑmit-
tit. Scdo ſic. Ex parte dyaboli ſiue
ra eſſent q̃ p̄dicant ꝙ vicꝫ vim ge-
neratiuã impedire poſſunt. vt vicꝫ
mulier nõ ꝯcipiat. vl' ſi cõcipiat ꝙ
aboꝛſum faciat vel ſi nõ aboꝛſuꝫ ꝙ
etiã poſt partũ natos interficiunt.
vtiq3 ſic ꝑimere poſſent totũ mun-
dum. Et iterꝫ poſſet dici ꝙ opa dya
boli eſſent foꝛtioꝛa opibꝰ dei. ſcꝫ ſa
cramẽto matrimonij qđ eſt opus
dei. Tercio ex parte hoĩs. Nã vi-
demus ſi maleficiũ debꝫ eſſe aliq̇d
in mũdo. tunc aliqui hoĩes pluſ
alijs maleficiunt. De q̃ ſi queritur
vtiq3 dicit hoc eſſe ꝓpter punitõeꝫ
pctõꝝ. ſꝫ hoc eſt falſum ergo ⁊ illud
ꝙ maleficia ſint in mũdo. Falſitas
aũt ꝓbat ex eo qꝛ tũc maioꝛes pec
catoꝛes ampliꝰ punirent. hoc ẽ fal
ſum cũ minꝰ puniant q̃ alij inter-
dum iuſti ꝙ etiã cernit i pueris in
innocẽtibus q̃ aſſerunt maleficia-
ri. Quarto põt addi ⁊ aliud argu-
mentũ ex parte dei hoc ꝙ q̇s impe
dire poſſet ⁊ nõ impedit ſꝫ fieri per
mittit. vtiq3 iudicat ex ſua volũta-
te ꝓceſſiſſe. Sed deus cũ ſit ſũme
bonus nõ poteſt velle malũ. g͂ non
põt ꝑmittere vt fiat malũ qđ ipe i-
pedire poteſt. Itẽ ex pte moꝛbi de
fectus ⁊ infirmitates q̃ dicunt ma-
leficiales ſil'es etiã ſunt defectibuſ
⁊ infirmitatibꝰ naturalibus. i. q̃ ex
defectu nature ꝓcedũt. ꝙ eñ aliq̇ſ
claudicat. excecat vl' rõnem ꝑdit vl'
etiã moꝛit ex defectu nature cõtin
gere pñt. vñ nõ poſſunt ſecure ma
leficijs aſcribi vltimo ex parte iudi
cũ ⁊ p̄dicatoꝝ q̃ cũ talia aduerſus
maleficans p̄dicant ⁊ practicant vtꝫ
ꝙ ꝓpter ingẽs odiũ a maleficiis cõ
tra eos ꝯceptũ nunq̃ eſſent ſecuri
Sꝫ ꝯ argumẽta ſumant ex qõne. i.
ſup terciũ ꝑncipale ꝑme ꝑtis tra-
ctatus. ⁊ ꝓponãt illa que ſunt ma-
gis ad ppl'm quõ vicꝫ ꝑmittit mala
fieri licet nõ velit malũ fieri. ꝑmit-
tit aũt ꝓpter admirabilẽ ꝑfectionẽ
vniuerſi q̃ ꝯſiderant in hoc ꝙ bõa
cõmẽdant eminẽtius ⁊ magis pla
cent ⁊ ſunt laudabilioꝛa dum ꝯpan
tur malis habent ibi auctes. Item
ꝓfunda dei diuine ſapie iuſticie ⁊
bonitatis relucẽt q̃ alias eſſent oc
culta. Et breuit' ꝓ deciſione qõnis
poſſunt colligi ex his que ſibi tan
gunt varia documẽta ꝓ infoꝛma-
tione ppl'i. vicꝫ ꝙ deus iuſte duos
caſus ꝑmiſit. ſ. angeloꝝ ⁊ ꝑmoꝝ pa
rentũ q̃ cum ſint maioꝛes alijs om
nibus caſibꝰ. Nõ mirꝫ ſi alij mino-
res ꝑmittant. Qualiter aũt ſũt ma
ioꝛes q̃ ad cauſalitatẽ nõ q̃ ad aliaſ
circũſtãtias ſꝫm quas pctã malefi-
caꝝ. vt in. iij. q. tangit ⁊ maloꝝ an-
geloꝝ ⁊ ꝑmoꝝ ꝑentũ pctã excedũt
quos effectus corporales inducendos vtputa sanitatē vel aliqd hmōi. cōſiderandū eſt vtrū videant natura liter poſſe tales effectus cauſare ⁊ qꝛ licet cauſas naturales adhibere ad ſuos effectus ideo nō eſt illicitū Si aūt videant nō poſſe naturalit tales effectus cauſare. cōſequēs eſt ꝙ nō adhibent ad hos effectus cauſandos tanq̄ cauſe. ſ; ſolū quaſi ſigna ⁊ ſic pertinēt ad pacta ſignificationū cū demonibus inita. Vñ Augusti. xxj. de ciui. dei alliciuntur demones per creaturas quas nō ipſi ſed deus condidit delectabilibus pro ſua diuerſitate diuerſis non vt aīalia cibis. ſ; vt ſpūs ſignis per varia genera lapidū herbarū lignorū animaliū carminū rituū;. Ad ſcōm dicit idē doctor virtutes naturales corporū naturaliū conſequunt eorꝫ formas ſubſtātiales quas ſortiunt ex impreſſione corporū celeſtium. ⁊ ideo ex eorundē impreſſione ſortiūtur quaſdā virtutes actiuas. ſ; corporū artificialiū forme procedūt ex ꝯceptione artificis ⁊ cū nihil aliud ſint q̄ compoſitio ordo ⁊ figura. vt dicit. j. Phiſi. nō poſſunt hr̄e naturalem virtutē ad agendū. ⁊ inde eſt ꝙ ex impreſſione celeſtiū corporu; nullam virtutē ſortiunt inquātū ſūt artificialia. ſ; ſolū ſm materiā naturale;. falſum eſt ergo qđ porphirio videbat vt Augu. dicit. x. de ciuita. dei. herbis lapidibus ⁊ animātibꝰ ⁊ ſonis certis quibuſdā etiā vocibus ⁊ figurationibus atq̄ figmētis quibuſdā etiā obſeruatis in celi auerſione. motibus ſiderū fabricari in terra. ab hoībꝰ poteſtates idoneas varijs effectibus ſyderum exequēdas q̄ſi effectus magicarū artiū ex ꝟtute celeſtiū corporū ꝓuenirēt. Sed ſicut Augu. ibi ſubdit totū hoc ad demones ptinet ludificatores animarum ſibi ſubditarū. Vñ etiā imagines quas aſtronomicas vocāt ex operatione demonū hñt cuiꝰ ſignū eſt ꝙ neceſſe eſt eis inſcribi quoſdā caracteres q̄ naturaliter nihil operant. nō eñ eſt figura ꝑncipiū actionis naturalis ſ; in hoc diſtāt aſtronomice imagines a nigromanticis ꝙ in nigromāticis fiunt expreſſe inuocatiōes. vñ ⁊ ad expſſa pacta cū demonibus inita ptinent. Aſtronomice ad tacita pacta ꝓpter figrarꝫ ⁊ caracterū ſigna. Ad terciū nō eſt hoī ptās ſup demones cōmiſſa vt eis licite vti poſſit ad qđcunq̄ voluerit. ſed eſt ei cōtra demones bellum iudiciū vñ nullo mō l; homini demonū auxilio vti per pacta tacita vel expreſſa hec Tho. Ad ꝓpoſitum qꝛ dicit nullo mō nec etiā quibuſcunq̄ vanis quibus vic; ſe demon quocunq̄ modo poſſit imiſcere. Si tamen ſunt adeo vana vt et fragilitas humana pro recuperāda ſanitate illa aggredit. doleat de preteritis. caueat de futuris. orat vt ſibi debitū dimittat et in tentationē non amplius iudicatur inqt Aug. in fine regule.

## Remedia contra grandines ⁊ ſuper iumenta maleficiata. Capitulū vij.

Qualiter deniq̄ iumēta maleficiata poſſint remediari. ſilr ⁊ tēpeſtates aeris. Notanda ſunt primo quedam remedia illicita q̄ a q̄buſdam practicant. Nā quibuſdā verbis aut factis ſuperſtitioſis vt qui

vlnꝰ in digitis aut mēbris p que-
dam verba ꝛ carmina illicita curāt.
de quibus carminibus qualiter co-
gnoſcunt vt ſint licita vel nō in pre
cedenti capitulo tactū eſt. Alij ſunt
q̄ ſup iumenta maleficiata nō aquā
bñdictā ſpargūt. ſed ori infundunt
Primū remediū verboꝝ eſſe illici-
tum vltra premiſſa guil. ſepe allega
tus ſic demōſtrat. Si em̄ verbis in
eſſet virtus ꝛ dicamus verbis vt ver
bis. tūc ex quinqꝫ modis eſſet vnꝰ.
vel ex parte materie.i.aeris. aut ex
parte forme. hoc eſt ſoni. aut ex mō
ſignificādi. aut ex parte oīuꝫ ſimul.
Non primū. qꝛ aer nō interficit ni-
ſi ſit venenoſus. ſonus etiā nō quia
excellēs obiectū corrūpit potentiā
nec terciū. qꝛ tunc hoc nomē diabo
lus vel mors. infernus illa nocerēt
ſemp. ꝯ ſanitas bonitas ſemp ꝓdeſ
ſent. Itē nec oīa ſimul. qꝛ totum ag
gregatū ex partibus inualidis etiā
totū eſt inualidū. Nec valet ſi obij
citur. deus ꝯtulit vim verbis. ſicut
herbis ꝛ lapidibus. quia ſi que vir
tutes inſunt quibuſdā verbis aut ſa
cramētalibus aut alijs benedictio-
nibus ꝛ carminibus licitis has hñt
in ſe nō vt verba ſed ex inſtitutione
ꝛ ordinatione diuina ꝛ ex pacto dei
ſicut ſi dñs diceret. quicunqꝫ hoc fe
cerit faciā ei hanc grām. ꝛ ſic verba
in ſacramentis efficiūt qđ ſignant.
Quis ſm̄ alios etiā hñt virtutem in
trinſecā ſed prima opinio qꝛ iam de
ſeruit ideo amplectit̄. De alijs aūt
verbis ꝛ carminibus patet ex pre-
miſſis ꝙ vt verba ſunt verba cōpo
ſita vel prolata aut figurata nihil ef
ficiunt ſed inuocatio nois diuini ꝛ
obſecratio que eſt per ſacra quedaꝫ
ꝯteſtatio cōmittendū effectū diui-

ne voluntati ꝯſunt. Remedia etiā
operū q̄ illicita vident̄ vt ſupra ta-
ctū eſt. Et etiā vbi in partibus ſue-
uie pluriṁū practicat̄ ꝙ prima die
maiꝫ ante ortū ſolis mulieres villa-
ne exeunt ꝛ ex ſiluis vel arboribus
deferunt ramos de ſalicibus aut ali
os frondes et ad modū circuli ple-
ctētes in introitu ſtabuli ſuſpendūt
aſſerētes ꝙ per integrū annū iumē
ta cūcta illeſa a maleficis remanēt
et ꝯſeruant̄ hoc quidē remediū ſm̄
opinionē illoꝝ q̄ dicūt vana vanis
cōtundere poſſe nō eſſet illicitū. ſi-
cut nec etiam qui p carmina ignota
morbos expellerēt. Sed ſine offen
ſione ꝓcedēdo dicamus ꝙ ſi prima
die vel ſecūda mulier vl̄ q̄cūqꝫ egre
diat̄ nō hñs reſpectū ad ſolis occa-
ſum vel ortum colligit herbas fron
des aut ramos cuꝫ orone dñica aut
ſimbolo fidei ſuſpendit illa ſup ho-
ſtiū ſtabuli bona fide cōmittēs effe
ctum cuſtodie diuine voluntati nō
erit rephenſibilis vt ſupra in prece
dēti capitulo ex verbis Hiero. ꝛ ħ
xxvj.q.vltima. lꝫ herbas et petras
hře etiā ſuſtinenti demoniū ſine in-
cātatione. Ad idem ſūt qui intra vi
neas aut ſegetes ſignū crucis fron
des aut flores bñdictos in die pal-
marū cōtinent erigunt ꝛ aſſerūt ꝙ
vndiqꝫ frugibus per grandines le-
ſis ſegetes in coꝝ campis illeſi re-
manſerūt. De quibus iuxta diſtin-
ctionē tactā diſcernendū videt̄. Ad
idē. Sunt q̄ pro cōſeruatione lacti
ne vicꝫ vacce per maleficia priuent
integrū liquorē lactis quē die ſab-
bati colligunt pauperibꝰ gratis pro
deo diſtribuūt ꝛ per hmōi elemoſy
nā aſſerūt vaccas etiā ſub vbertate
ampliori lactis a maleficijs preſer-

uari. In quo ope nihil ſupſtitioſuʒ iudicaꝫ dũmodo pietati cauſaʒ quã pauperib⁹ exhibẽt etiã diuinã pietatẽ implorare ꝓ ꝯſeruatione iumẽtoꝝ taliter ꝓponũt vt tñ effectũ cuſtodie diuine prouidẽtie pro ſuo beneplacito relinquũt. Preterea Nider in ſuo ꝓceptorio. ꝓcepto. j. c. xj. dicit ꝙ etiam per carmina ſcripta ⁊ ꝟba ſacra ƚ3 iumẽta ſicut hoĩes infirmos bñdicere. ⁊ ꝑ ea q̃ incãtationis ſpẽm hñt videnꝫ dũmodo ſeptẽ ꝓmiſſe cõditiones ſeruanꝫ. dicit etiam ꝙ a deuotis ꝑſonis ⁊ virginib⁹ experiẽtia habuerit ꝙ adhibito ſigno crucis ſup vaccam ⁊ dñica oĩone cuʒ ſalutatione angelica trinies vel circiter ceſſat opus demonis ſi eſt ꝑ maleficiũ. Et in ſuo formicario ꝯſtat ꝙ malefici de ritibus eccleſie veneratis et ſeruatis ſua maleficia ꝓpediri fatenꝫ vt per aque bñdicte aſperſionẽ. per ſalis cõſecrati ſumptionẽ ꝑ candelarũ in die purificationis ⁊ palmarũ. in die palmaruʒ ꝯſecratarũ vſuʒ licitũ ⁊ per ſimilia q: ad hoc talia eccleſia exorciſat vt vires demonis imminuãt. Preterea q: malefice qñ volunt iumentũ priuare liquore lactis ſolent ex illa domo in qua iumentũ moraꝫ modicũ lactis vel butyri ex illo iumento coagulatũ petere vt ⁊ ſic ꝯſequẽter valeant per ſuam artẽ iumentũ maleficiare. Ideo ſint caute mulieres a q̃bus ſuſpecte hmõi petũt ne eis in minimo mutuent aut donẽt. Preterea ſunt certe mulieres que dum ſentiunt ꝙ in coagulando butyrum nihil proficiunt ſicut in vaſis oblongis ad hoc aptis laborare ſolẽt. tũc ſi ſubito ex ſuſpecte malefice domo modicũ butyri habere poſſunt. tria fruſta ſeu bolos ex illo butyro faciunt. ⁊ ſub ſanctiſſime trinitatis inuocatione patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti illa fruſta in vaſculum proijciunt ⁊ ſic omne maleficium fugatur. Ubi iterum incidit. Uanum vanis contundere. tantũmodo ex eo ꝙ butyrum a malefica ſuſpecta habet mutuare. ꝙ ſi abſq3 hoc ſub inuocatõe ſanctiſſime trinitatis orationẽ dñicam adiungẽdo. etiã ſi de ꝓprio butyro ſiue alieno ſi ꝓprium nõ haberet. tres petias immitteret. effectuʒ diuine voluntati cõmittẽs irreprehẽſibilis maneret ƚ3 commendãda nõ eſſet ꝓpter videlicet petias butyri immiſſas. cõmẽdanda aũt ſi ꝑ aſperſionẽ aque benedicte ſalis exorciſati immiſſionẽ cũ oĩone. vt ſupra maleficiũ fugaret. Preterea q: ſepe oĩa iumẽta maleficijs interficiuntur. aduertere debent q̃bus talia accidũt vt ſub limine hoſtij ſtabuli aut preſepe vel vbi adaquanꝫ. terra amoueaꝫ ⁊ alia terra cũ aſperſione aque bñdicte ad illa loca reponaꝫ. q: ſepe malefice falſe ſunt maleficij aliqua inſtrumenta ad illa loca occultaſſe falſe ꝙ ad inſtãtiam demonũ tantummodo foueã facere habebant. demon autẽ maleficiũ repoſuiſſe. quod quidẽ maleficium res viliſſima erat. vt lapis lignũ vel mus aut ſerpens aliquis. ꝯſtat eñ ꝙ diabolus maleficia operaꝫ ꝑ ſe nec in illis rebus indiget cõſenſu aut ⁊ perditionẽ malefice querit. vñ ⁊ ipſam aliquo modo cooꝑari cogit. Cõtra grandines vero et tempeſtates vltra ea que ſupra de ſigno cruci erecto hoc remediũ practicatur. lapilli eñ tres ex grandine in igneʒ ſub inuocatõe ſanctiſſime trinitat ꝓ-

ijciunt oratio dominica cum angeli
ca ſalutatione bis aut ter adiungit
euangelium Iohannis. In princi-
pio erat verbum. cum ſigno crucis
vndiqꝫ ʒ̄ tempeſtatem ante ⁊ retro.
⁊ ex omni parte terre ſubinfert. Et
tunc cum in fine replicat trinies ver
bum caro factuꝫ eſt. ⁊ trinies expoſt
dixerit ꝑ euangelica dicta fugiat tē-
peſtas iſta. Subito ſiquidem tem-
peſtas ex maleficio fuit ꝓcurata ceſ
ſabit. Hec veriſſima experimenta
nec ſuſpecta iudicant. hoc ipm̄ eñ
ꝙ lapilli in ignem ꝓijciunt ſi abſqꝫ
inuocatione diuini nom̄is fieret ſuꝑ
ſticioſum cenſeret. Qꝛ ſi dicat. nun
quid ſine illis lapillis ſedari poſſit
tempeſtas. Reſpondet vtiqꝫ. ꝑ alia
ſacra verba. Proijciens autem in-
tendit dyaboluꝫ moleſtare dñi eius
facturā ꝑ inuocationem ſanctiſſime
trinitatis deſtruere conat. Ad ignē
potius q̄ȝ ad aquam ꝓijcit. quia ci-
tius dum reſoluunt. eo etiaꝫ citius
eius factura deſtruit. effectum tamē
cuſtodie diuine voluntati cōmittit.
Eſt ad hoc ꝙ malefica quedam a iu
dice interrogata an ꝑ aliquem mo-
dum tempeſtates a maleficis ꝯcita-
te ſedari poſſent. Reſpōdit. poſſunt
ꝑ hoc videlicet. Adiuro vos grādi-
nes ⁊ ventos ꝑ quinqꝫ vulnera xp̄i
⁊ ꝑ tres clauos q̇ eius manus ⁊ pe-
des ꝑforarūt. ⁊ ꝑ quatuor euangeli-
ſtas ſanctos Mattheum. Marcū.
Lucam ⁊ Iohannem. vt in aquam
reſoluti deſcendatis. Fatent etiam
multe. lꝫ quedam ſponte. quedaꝫ in
torturis ⁊ difficulter. ꝙ quinqꝫ ſunt
ꝑ que multum impediunt. Aliqñ in
toto. aliqñ in parte. aliqñ ne in pſo-
nam hominis fiant. aliqñ ne in ſuis
amicis. Et ſunt. fidem integram vł
dei ꝓcepta ſeruātibus. ſe ſigno cru-
cis ⁊ oratione munientibus. Ritus
⁊ ceremonias eccleſie colentibus.
publicam iuſticiaꝫ bñ exequētibus.
⁊ xp̄i paſſionē vbo vel mēte ruminā
tibus. Vnde ⁊ Nyder vbi ſupra.
Ea de cauſa vniuerſaliter vel cōmu
niter in eccleſia campane cōtra au-
ram pulſant. Tum vt tanq̄ȝ tubas
deo ꝯſecratas demones recedant a
ſuis maleficijs. tum etiam vt popu-
lus excitatus deum ʒ̄ tempeſtates
inuocet. Et tandem ob cauſam cuꝫ
altaris ſacramento ⁊ ſacris verbis
ad auram ſedandam ꝓcedit cōmu-
niter ex antiquiſſima ꝯſuetudine ec
cleſiaꝝ in gallia ⁊ germania. Sed
quia hic modus circa deportationē
ſacramenti ad auram ſedandam vi-
det multis quoddam ſuꝑſticioſum.
nō intelligētes regulas ꝑ q̄s agno-
ſcit aliq̇d ſuꝑſticioſuꝫ vel nō. Ideo
ꝯſiderandum eſt ꝙ quinqꝫ dant re-
gule ſeu ꝯſiderationes ꝑ quas qui-
libet ꝯgnoſcere pōt an opus deo ex
hibitū ſit ſuꝑſticioſum. i. ſupra mo-
dum xp̄iane religionis obſeruatum
vel ſit ad debitum cultum ⁊ hono-
rem deo exhibendum tam in cor-
dis q̄ȝ corporis actibus ex vera vir
tute religionis ꝓgrediens. Iſta em̄
eliciunt ex gloſa ſuꝑ illud apoſtoli
ad Coll. ij. que ſunt rationem habē
tia ſapientie in ſuꝑſtitione. que dit.
Suꝑſticio eſt religio ſupra modus
ſeruata. vt etiam ſupra tactum eſt.
Prima eſt ꝙ in omnibus operibus
noſtris cum gloria dei debeat eſſe
principalis finis noſter. Iuxta il-
lud. Siue manducatis ſiue bibitis
ſiue aliud q̇d faciatis omnia in glo-
riam dei facite. Ideo in omni ope-
re ad religionem ꝑtinens xp̄ianum

attendat an opus ſit ad gloriã dei. ⁊ hõ in opere det pncipaliter gl'iaȝ deo ita ꝙ per ipm opus ⁊ mens ho minis deo ſubijciatur. Et quidẽ lcȝ ꝓpter hanc regulã cerimonialia vel etiã iudicialia veteris teſtamenti iã in nouo non exercent cũ ſciamus il la ſub figura. Hec aũt in veritate iã eſſe propalata. tamen deportatio ſa cramenti vel reliquiarũ ad aurã ſe dandã non videt ꝯtra hanc regulã militare. Itẽ cum ſecũda regula ſit ꝙ attendat an opus quod fit ſit ad corporis exercitiũ. vel refrenatiuũ ꝯcupiſcẽtie vel abſtinẽtie corpalis. modo tamẽ virtuti debito hoc ẽ ſm ritum eccleſie vel ſm moralẽ doctri nam. quia apl's dicit Rom. xij. Ra tionabile ſit obſequiũ veſtrũ ⁊ pro pter hãc ſcdam regulã fatue faciũt. vouẽtes nõ pectinare caput ſabba to. vel ieiunare die dñico tanꝗ̃ me liori die ⁊ ſimilia. non videt iterum ꝙ deportatio ſacri ⁊c. ſit ſuperſtitio ſum. Itẽ cũ tercia regula ſit ꝙ attẽ datur an opus ſit ſm ſtatutum vni uerſalis eccleſie. vel ſm ſacre ſcptu re teſtimoniũ. vel ſaltem ſm parti cularẽ eccleſie ritum. aut de conſue tudine generali que ſm Aug. ꝓ le ge habenda eſt. Vñ ⁊ btũs Greg. ſcribit anglicoꝝ epiſcopo cõquerẽ ti. ꝙ ſunt diuerſe eccleſie cõſuetudi nes in miſſarũ celebratione. Reſpõ dit Grego. placet. vt ſiue in roma na ſiue in galliarum ſeu in quacũꝗ eccleſia aliq̃d inueniſti qꝺ plus om nipotenti deo poſſit placere ſollici te eligas diuerſe eñ conſuetudines eccleſie in cultu diuino in nullo ve ritati repugnant. ⁊ ideo ſeruande. ⁊ eas ꝑterire illicitum eſt. Ideo vt in principio tactuȝ eſt antiquiſſime cõ ſuetudines eccleſiarũ gallie ⁊ qua rundã germanie cũ decreuerint eu chariſtiam ad aurã deportare non poterit hoc eſſe illicitũ verũ qꝺ nõ in patulo ſed in ſacrario abſcondi to ⁊ incluſo. Itẽ cuȝ quarta regula ſit ꝙ inſpiciat ꝙ opus quod fit ha beat naturalem ꝓprietatem ad effe ctuȝ qui expectatur. alias eñ ſi hoc non habet cenſetur ſupſtitioſuȝ. ex qua ꝯſideratione caracteres ignoti ⁊ nomina ſuſpecta. etiaȝ imagines aſtronomice ⁊ nigromãtice refutã tur omnia tanꝗ̃ ſuſpecta. Ideo et ex hac cõſideratione non poſſumꝰ dicere ꝙ deportatio reliquiarũ aut eucharistie ꝯtra dyabolicas infeſta tiones ſit ſuperſtitioſum immo reli gioſiſſimũ. cum ibi tota ſalus nr̃a ꝯ aduerſariũ cõtineat. Item cũ quin ta regula ſit vt attendat ꝙ opus qꝺ fit non ꝓbeat occaſionẽ ſcãdali vel ruine. qua tunc licet nõ eſſet ſuper ſtitioſum tñ ꝓpter ſcãdalũ eſſet di mittendũ vel differendũ vel occul te ſine ſcandalo faciendũ. Ideo ſi deportatio talis ſine ſcandalo fieri poteſt. vel ſaltem occulte tunc non eſt obmittendũ. Ex iſta eñ regula ſepe obmittunt benedictiones per v'ba deuota ſiue ſup infirmos ſiue vt ad collum alligent. ⁊ hoc a ſecu laribus obmittunt dico ꝙ ſaltẽ nõ publice fiunt vbi occaſionem ruine in alijs ſimplicibꝰ preſtare poſſent. Hec ſufficiãt q̃ ad remedia ꝯ grãdi nes per verba ⁊ opera licita.

Remedia quedã occulta ꝯtra q̃ſ dã occultas demonũ infeſtationes Capitulũ viij.

Ed iam iterũ ſuſpendit iudiciũ ad ſcri-

bendū remedia contra quedā terre
frugū nocumēta. q̄ per vermes in-
terdū ⁊ ſcinifes ꝑ turmas ad lōgiſ
ſima terrarū ſpacia in aere volātes
ita vt ſuperficiē terre coopertre vi-
deant radicitus cuncta virētia tam
in vineis q̄ȝ ſegetibus ⁊ graminib⁹
ↄſummatos immittunt. Item reme
dia ↄtra pueros opere demonū cā-
bitos. Ad primū tamen dicendū iu
xta ſanctū Thomā ſcd̄a ſcd̄e. q. xc.
vbi petit. An liceat adiurare irrati-
onalē creaturā. Rn̄dit q̄ ſic per mo
dum tn̄ cōpulſionis que referri tūc
debet ad diabolū q̄ in nocumentū
noſtrū vtit irrōnalibus creaturis:
⁊ talis eſt modus adiurādi in eccle
ſie exorciſmis per quos demonum
ptās excludit ab irrōnalibus crea-
turis. Si em̄ intentio referret quo
ad irrōnalē creaturā q̄ ad ſe q̄ nihil
intelligit vana eſſet. Ex quo dat in
telligi q̄ ꝑ exorciſmos licitos ⁊ ad-
iuratiōes poſſunt depelli diuina tn̄
aſſiſtēte clemētia taliter vt prius po
pulo ieiunia ꝓceſſiones ⁊ alie deuo
tiones iniūgantur. ꝓpter adulteria
em̄ ⁊ multiplicationem criminū hu
iuſmodi mala immittunt. vn̄ et ad
cōfeſſiones homies inducēdi ſunt.
In nōnullis etiā ꝓuincijs excōmu
nicationes fulminant. ſed tūc vim
adiurationis ſup demones ſortiun
tur. Eſt et alia horribilis dei ꝑmiſ-
ſio ſup hoies vbi interdū mulieri-
bus ſubtractis ꝓprijs filijs ⁊ puer̄
alieni a demonibus ſupponunt. et
hi quidē pueri vulgariter campſo-
res in almanico wechſelkind nun-
cupati ſūt in triplici differētia. Nā
aliq̄ ſunt ſemꝑ macilenti eiulantes.
cū tn̄ quatuor mulieres nulla vber-
tate lact̄ vnū lactare ſufficerēt. Ali
qui vo ſunt incuboꝝ demonū oꝑe
ꝓducti: quoꝝ tn̄ filij nō ſūt ſ; ꝓprie
illi⁹ hoīs ⁊ viri cui⁹ ſemē receperūt
vt ſuccubi vel in ſomnis viros pol-
luētes hos em̄ pueros interdū diui
na ꝑmiſſione ſupponūt ſubtract̄ ꝓ
prijs filijs. Eſt ⁊ terciū gen⁹ vbi in
terdū demones in ſpecie paruuloꝝ
apparētes nutricibus ſe cōiungūt.
Cōmune in oībus tribus q̄ multū
ponderoſi. macilētes nō creſcūt et
nulla vbertate lactis vt ꝑmiſſum eſt
lactant. Et ſepius dicunt euanuiſſe
Quare aūt diuina pietas talia per-
mittit dici pōt q̄ ex duplici cā. Pri
mo q₂ parentes pueros nimis dili-
gunt. vn̄ ꝓpter eoꝝ vtilitatē talia ꝑ
mittunt. Scd̄o q₂ ꝑſumendū eſt q̄
hmōi mulieres q̄bus talia accidūt
vt plurimū ſunt ſupſtitioſe ⁊ ī mul-
tis alias a demonib⁹ ſeducunt. Nā
⁊ dn̄s verus zelotes ſm̄ rectū zelus
q̄ eſt vehemēs amor in ꝓpriā ſpon
ſam ex quo aliū nō ſolum accedere
non patit. ſ; nec ſigna adulterij vel
ſuſpitionis vt maritus zeloſus ſup
aīaȝ quā ꝑcioſo ſanguine emit. ⁊ ꝑ
fidē deſpōſauit ſuſtinere pōt in ta-
ctu. colloquio. appropinquatione
quocunq̄ȝ modo cū inimico diabo-
lo ⁊ aduerſario ſalut̄ ⁊ ſi ſigna adul
terij maritus zeloſus nō patit. quā-
tum tūc turbat qn̄ adulteriū cōmit
tit. vnde non mirū ſi ꝓprij ſubtrahū
tur filij ⁊ adulterini ſupponunt. Et
quidē vt fortius iſta imprimātur et
quantū deus aīam zelat et nō vult
nec ſigna ſuſpitionē cauſantia pati
Patet ex antiqua lege vbi vt ppl'm
ſuū funditus elōgaret ab idolatria.
ꝓhibuit non ſolū idolatriā ſ; multa
alia q̄ occaſionem poſſent ꝑbere ad
idolatriā. ⁊ que etiam in ſe nō vidē

tur habere vtilitatē quā tamē in ſuo myſtico ſenſu mirabiliter retinent. vñ nō ſolū dixit. Exod. xxij. Maleficos nō patieris viuere ſup terram ſ; ꝛ hoc adiūxit nō habitet in terra tua ne forte peccare te faciat. ſic copulatrix occidit ꝛ peruagari int homines non pmittit. Nota zelum dī Deutero. xxij. deus pcepit. Nidū cum ouis aut pullis deſup cubantē matrē nō deberēt ſimul ſeruare. ſed matrē pmittere auolare. qꝛ hoc gentiles ad ſterilitatē vertebāt zelotes dñs in ſuo pplo noluit tale ſignum adulterij pati. ſic iam vetule inuentionē denarij ſignū magni fortunij ꝛ per oppoſitū vbi theſaurū ſomniarent iudicāt. Item pcepit oīa vaſa cooperiri. ꝛ vaſculū nō habēs operculū immundū cenſeri. Error erat vt veniētes de nocte demonib⁹ aut vt vetule dicūt. die ſeligen. ſed ſunt malefice. vel demones in earū effigijs debēt oīa ꝯſumere vt poſt abūdantius tribuant. Colorant quidā et dicūt ſchretel ſunt. ꝯtra determinationē doctorꝫ ꝙ pter hoīes ꝛ angelos nō ſunt alie creature rōnales vñ nō ſunt niſi demones. Item Leuitici. xix. Ne in rotundū attonderis comā nec radetis barbam. Illa eñ faciebāt idolatre in veneratōē idolorꝫ. Itē Deut. xxij. vt viri non induerent veſtib⁹ mulierū nec ecōuerſo ꝙ ille in veneratiōem dee veneris ꝛ alij i venerationē maris et dee priapis. Item ea de cā iuſſit deſtrui aras idolorum. ꝛ Ezechias deſtruxit ſerpentē eneū qn pplꝰ ei voluit offerri dicēs cuprum eſt. Et ea de cauſa inhibuit ſomnia nō obſeruari et auguria. ꝛ pcepit vt vir aut mulier in quo phitonicus ſpūs eēt occideret ſicut iam ſunt ꝛ vuarſagerin nūcupati. q̄ oīa qꝛ ſuſpitionē generant ad adulteriū ſpūale. ideo vt dictū eſt ex zelo quē deus habet ad animas ſibi deſpōſatas ſicut ſponſus ad ſpōſam inhibuit. Sic etiā et nos predicatores ꝛ animarū rectores aduertere debemus ꝙ nullū ſacrificiū dō magis acceptū q̄ zelus animarū. vt Hieronymus ſup Ezechielē atteſtatur. Vnde ꝛ conſeqnter in tercia parte operis de exterminio maleficarū quo ad vltima remedia tractandū erit. hoc ipſū eñ vltimū eccleſie refugium ad qd etiam ex diuino obligatur vt dictū eſt pcepto. Maleficos ne patiaris viuere ſuper terrā. vbi ꝛ remedia cōtra maleficos ſagittarios includuntur. cum ꝛ hoc ipſum genus niſi p ſeculare brachium poterit exterminari.

Remedia pro illis qui ſe demonibus intuitu alicuius cōmodi tēporalis totaliter deuouerunt.

Capitulum ix

r **Emediū dū** quis intuitu commodi tēporalis ſe ex toto demoni deuouit. ſicut experientia ſepe docuit per veram confeſſionem licet a dyaboli poteſtate liberabantur. tamen diu ex poſt grauiſſime moleſtati et precipue nocturnis temporibus fuerunt. ꝛ hoc in eorum penā deus permiſit. ſignum autem ꝙ liberati erant ex illo agnoſcebāt. qꝛ pecunia in burſis aut capſulis poſt confeſſionē deficiebat ſuper q̄ plurima geſta deduci poſſent ſed breuitatis cauſa omittuntur.

Sequitur tercia ps totius opis ſuper modos exterminādi vel ad minus puniēdi p debitā iuſticiā in foro eccleſiaſtico ⁊ ciuili ⁊ habebit q̄ſtiones.xxxv.generalis tn̄ ⁊ introductoria pmittitur.

Trū malefice ⁊ eaꝝ fautores receptatores ⁊ defenſores ita ſubijciantur iudicio eccleſiaſtico dyoceſanoꝝ ⁊ ciuili q̄ ab eaꝝ inquiſitione valeant heretice prauitatis inquiſitores eſſe exonerati. Et arguitur q̄ ſic. Nam in ca.accuſatus.§.ſane.lib.vj.dicitur. Sane cum negocium fidei quod ſumme puilegiatū exiſtit.p occupationes alias nō debeat impediri peſt inquiſitores heretice a ſede apoſtolica deputati.de diuinationibus aut ſortilegijs niſi hereſim ſaperēt manifeſte intromittere ſe non debent nec punire talia exercentes.ſꝫ relinquere ſuis iudicibus puniendos. Nec videtur obſtare q̄ hereſis maleficarum hic nō exprimitur.tum quia eiſdem penis in foro ꝯſcientie puniuntur.de ꝯſe.di.ij.p dilectione. Si diuinatoꝝ ⁊ maleficoꝝ peccatum occultum ſit interponitur penitentia.xl. dierum ſi notorium eucharistia denegatur.⁊ quorum in eadem pena etiam idem iudicium decernitur. Tum etiam quia eadem vtrobiq̄ videtur eſſe culpa.cū ſicut ſortilegi iudicium ſortiūt.ita malefice nocumenta creaturaꝝ a demonibus expectāt ⁊ exigūt vtrobiq̄ quod a ſolo deo querendum eſt a creaturis illicite requirentes. vnde vtrobiq̄ peccatum idolatrie ad quē ſenſuꝫ Ezechie.xxj.notatur q̄ rex Babylonis ſtetit in biuio in capite duarum viaꝝ cōmiſcēs ſagittas interrogauit idola. Preterea ſi dicatur q̄ ca. reſtringit diuiatores ⁊ ſortilegos ſuper crimē hereſis in q̊ ſubeſſe debēt iudicio inq̄ſitoꝝ cū dic.niſi hereſiꝫ ſaperēt manifeſte.ita q̄ ad minus diuiatores ⁊ ſortilegi hereticales ſint eis ſubiecti. Cōtra.q̄ tūc eſſent dādi diuiatores artificiales.d̄ quibus nullibi in ſcp̄turis fit mentio. Preterea ſi malefice ſunt inq̄ſitoꝝ iudicio ſubiecte.hoc erit ꝓpt crimē hereſis.ſꝫ q̄ facta maleficaꝝ ſine hereſi pn̄t fieri. Probatur. Nā ſic ꝯculcare corpus xp̄i in luto qđ valde horrendū eſſet pctm̄ pōt fieri ſine errore in intellectu. ⁊ p ꝯſequēs etiā ſine hereſi.q̄ ſtat firmiter aliquē credere ibi eſſe corpus.pijceret tn̄ in lutū ad cōplacēdū demoni ex aliq̊ pacto ideovt optatū finē puta thezauri inuentiōeꝫ vel ſilr̄ obtieret.ita ⁊ facta maleficarum ſine errore fidei lꝫ nō abſq̄ grādi pctō fieri pn̄t. Vn̄ in illo caſu vtriq̄ iudiciū inq̄ſitoꝝ ſubterfugiūt ⁊ ſuis iudicibus relinquunt. Preterea ſic Salomō dijs ſuarum vxoꝝ reuerētiā exhibuit ꝓpt cōplacētiā.nec tn̄ ꝓpterea apoſtaſiā pfidie incurrebat.q̄ mēte fidelis ⁊ verā fidē ſp retinuit.ita ⁊ malefice ꝓpt reuerētiam quā exhibēt dyabolo ꝓpt pactū initū mēte fidē retinētes.nō ſunt ꝓpterea heretice nūcupāde. Preterea ſi dicatur q̄ omnes malefice fidem hn̄t abnegare. vn̄ ⁊ heretice ſūt dicāde. Cōtra.q̄ in caſu q̊ etiā mēte ⁊ corde abnegarent adhuc non heretice ſed apoſtate nuncupantur. ⁊ cum ſit differētia inter hereticum ⁊ apoſtatā. ⁊ heretici inquiſitorum

iudicio ſbijciunt. vtiqȝ malefice eorū iudiciū ſubterfugere hn̄t. preterea. xxvj. q. v. dr̄. Epi eorūqȝ miniſtri oibus modis elaborare ſtudeāt vt pniſioſaȝ ⁊ a ȝabulo inuentā ſortilegā ⁊ magicā artē ex parrochijs ſuis penit⁹ eradicare ſtudeāt. Et ſi aliquē virū aut mulierē hui⁹ ſceler̄ ſectatorē inuenerint turpiter dehoneſtatū de parrochijs ſuis eijciant. ⁊c̄. vn̄ cū ca. dicat ſuis iudicibus relinquant. ⁊ qꝛ loquit̄ in plurali tam de eccleſiaſtico q̄ȝ ciuili iure. ido ad minus per. c. alle. ſubdunt̄ dyoceſanorū iudicio. Et ſi dyoceſani etiaȝ ſeipſos exonerare vellēt. prout inq̄tores prefatis iā tactibus argumētis rōnabiliter facere vident̄: vellēt q̄ȝ maleficarū punitions ad temporales iudices retorquere. His argumentis ꝓbabiliter hoc facere poſſent. hr̄ in. c. vt inq̄ſitionis. §. prohibemus q̄ȝ diſtrictius. prefatis dn̄is tpalibus ⁊ rectoribus: ipoꝝqȝ officialibus. ne ipſi de hoc crimine: cū ſit mere eccl'iaſticū quoq̄ modo cognoſcāt vel iudicent. Et loquit̄ de crimine hereſis. ſequit̄ ergo ꝙ vbi crimē non eſt mere eccl'iaſticū ſicut eſt crimen in hmōi maleficis q̄ propter dāna tpalia q̄ ab eis inferunt̄ a ciuili ⁊ nō ab eccl'iaſtico debēt puniri. Preterea. C. de iudeis. l. vl. in fi. dicit̄. Cernat ꝑterea bona ſua ꝓſcripta. ⁊ mox ſanguinis pena deſtinandus q̄ fidem xp̄i expugnabit ꝑuerſa doctrina. ꝙ ſi dicatur ꝙ lex loquit̄ de iudeis conuerſis ⁊ poſt redeūtibus ad ritū iudeoꝝ: inſtantia nō valet. immo argumentū ampli⁹ per hoc fortificat̄. eo ꝙ cū tales ꝓpter apoſtaſiaȝ a fide iudex ciuilis habet punire. ergo etiaȝ maleficas fidem abnegantes cū abnegatio fidei in toto vel in parte ſit fundamētū maleficarū. Preterea licet in ſolutione dicat̄ ꝙ pro eodē apoſtaſia ⁊ hereſis ſit capienda. adhuc tamē eccleſiaſticus iudex non ſe habȝ de eis intromittere: ſed ciuilis. nam occaſione queſtionis hereſum nullus debet populum cōmouere. ſed preſes debet ꝑ ſe prouidere. In auten. de manda. princi. id eſt de mādatis principum. colla. iij. §. neqȝ occaſione vbi dicitur: neqȝ occaſione religionum hereſumqȝ queſtionis permittas alicui prouinciā cōmouere. aut aliter quadam preceptione iniungi prouinciā cui preſides. ſꝫ ipſe prouidebis cum cōpetenti vtilitate fiſcalibus ⁊ que alia ſunt perſcrutari et non permittere aliquid fieri circa noſtras preceptiones occaſione religionum. Patet ex his ꝙ de expugnante fidem nullus debet ſe intromittere niſi preſes. Preterea ſi cognitio iudicum ⁊ punitio taliū maleficaruȝ non ſpectaret totaliter ad ciuileȝ iudicem. quomodo leges de his tribus ſe intromittere poſſent. Nam. C. de maleficis. l. nemo. l. culpa. l. nullus. omnes illos quos vulg⁹ maleficos vocat: capitali pena ſbijcit. ⁊. e. l. militi. beſtijs obijcere decernit qui magica arte vite innocentum inſidiātur. Item ꝙ queſtionibus ⁊ tormentis ad interrogandum ſubijci debeant. ⁊ ꝙ ad eorum accuſationeȝ quilibet admitti debeat. ⁊ ꝙ nullus fidelium ſub pena exilij et amiſſione omniū bonorum cū eis participat: cum multis alijs penis annexis. que legenti illas leges occurrunt. Econtrario vero et pro veritate legum doctores

talium maleficarū punitionē in ec/
cleſiaſticum iudicē poſſunt reforq̄/
re vt ſimul copulatiue habeant co/
gnoſcere ꝛ iudicare.et hoc ſic pro/
batur. In crimine canonico preſes
cum metropolitano habet diſcerne
re ꝛ non metropolitanus per ſe ſed
adiuncto preſide.patet in auten.de
man. princi.§.ſi vero canonicū ſit
quod queritur.vna cū metropolita
no ꝓuincie hoc diſponere ꝛ decer/
nere prouidebis ſiue alij quidā du
bitant.gloſa.id eſt in fide. quo caſu
ſolus cognoſcet. ſiue alij quidā glo
ſa.tunc epiſcopus cū preſide.ſcꝫ co
gnoſcet ꝛ cauſe deo dare amabileꝫ
ꝛ decibilem terminū.qui ꝛ decen
ter orthodoxam cuſtodiat fidem.ꝛ
indemnitatē procuret fiſcalibus.et
noſtros ſbiectos ſeruet inuiolatos.
glo.id eſt eos nō corrumpat in fide
Preterea ꝑnceps ſecularis licꝫ pu
niat pena ſanguinis. non tamē per
hoc iudiciū eccleſſe excludit. cuius
eſt cognoſcere ꝛ diffinire. immo ne
ceſſario preſupponit.vt patꝫ. C.de
ſumma trinit.ꝛ fi. catho.l.j.in fine.
et extra de here.c.ad abolendā.ꝛ.c.
vergētis.ꝛ.c. excōmunicamus.j.et
ij.immo eadē pena eſt ꝛ ſm leges.
ꝛ ſm cano.vt ptꝫ.C. de hereticis.l.
manicheos.ꝛ.l.arriani.vñ ꝛ ad eos
pertinet ꝑcipue inſimul ꝛ non diui
ſim talium punitio. Preterea ſicut
leges decernunt clericos a proprijs
iudicibus emendari et nō a tempo
ralibus ſeu ſecularibꝰ. eo ꝙ crimen
eccleſiaſticum in eis cenſetur.ita ꝛ
maleficarum crimē cum ſit partim
ciuile ꝛ partim eccleſiaſticum pro
pter damna temporalia et fidē q̄s
violant. Ideo ad vtriuſqꝫ partis iu
dices pertinet ad cognoſcendū iu/
dicandum ꝛ puniendū. Et fortifica
tur ratio i auten. vt clerici apud ꝓ/
prios iudices.§.ſi vero.coll.vj.vbi
dicitur. Si vo eccleſiaſticum ſit de
lictum egens caſtigatione eccleſia/
ſtica ꝛ mulcta. deo amabilis epiſco
pus hoc diſcernat nihil cōmunican
tibus clariſſimis ꝓuincie iudicibꝰ
neqꝫ enim volumus talia negocia
omnino ſcire ciuiles iudices cum
oporteat talia eccleſiaſtice exami
nari ꝛ emendari animas delinquen
tiū per eccleſiaſticam mulctam: ſm
ſacras ꝛ diuias regulas quas ꝛ no/
ſtre ſequi non dedignantur leges.
Hec ibi. Unde ꝛ per oppoſitū cri
men mixtum ab vtriſqꝫ eſt punien/
dum. Reſpōſio cum principalis in
tentio noſtra in hoc opere ſit ab in
quiſitione maleficarum q̄tum cuꝫ
deo fieri poſſet: nos inq̄ſitores par
tium ſuperioris almanie exonerare
ſuis iudicibus ad puniendū relin/
quendo. et hoc ꝓpter negocij ardui
tatem. dum tamen indemnitate fi/
dei ꝛ ſaluti animarū non eo minus
prouideretur. quare ꝛ pſens opus
aggreſſi ſumus. ipſis iudicibus mo/
dos cognoſcendi diffiniendi et ſen/
tentiandi reliquēdo. Ideo ad oſtē/
dendū ꝙ epiſcopi contra maleficas
in multis procedere poſſint: etiam
ſecluſis inquiſitoribus. licꝫ ipi epi/
ſcopi ſine tēporali et ciuili iudicio:
vbi punitio tranſit in vindictā ſan/
guinis non ita procedere valeant.
expedit certas opiniones aliorum
inquiſitorum in diuerſis regnis hi
ſpanie in medium deducere. et illas
ſalua eorum ſemper reuerentia: cuꝫ
ſub ordine vno predicatorum mili/
tamus. infringere vt eo clarior i ſin/
gulis habeatur intellectus. Eſt ita

ꝙ eorum opinio ꝙ omnes malefici ſortilegi diuinatores nigromātici. et breuiter ſub quocunqꝫ genere diuinationū exiſtant: et qui fidem ſacram ſemel ſuſceperunt: et profeſſi ſunt iudicio inquiſitorum ſubiaceant taliter vt in tribus que notant in capi. multorū querela. in princi. de here. in clemen. nec inquiſitor ſine epiſcopo. nec epiſcopus ſine inqſitore procedere habeat. Licꝫ in qn ꝙ alijs vnus ſine altero procedere valeat. ſi cui placet capitulū legat et inueniet. vnū autem e tribus eſt ſententia diffinitiua ad quaꝫ vnus ſine altero nō debet ꝓcedere. ⁊ hoc vbi prefati heretici ſunt habēdi Addunt inſuꝑ blaſphemos, ⁊ quocunqꝫ modo demones inuocātes. ⁊ excōicatos qui in excōicatione ſtetiſſent per annū animo contumaci in cauſa fidei vel etiā in nō cauſa fidei ſub cert; caſibus ⁊ plura alia includunt. per que auctoritas ordinariorū nimis eneruat. ⁊ nobis inquiſitoribus ampliora onera imponunt minus ſecuri corā tremendo iudice qui vtiqꝫ diſtrictam a nobis ſuper cōmiſſi officij exiget rationē. ⁊ quia eorū opinio non infringit. niſi eoꝝ fundamentū ſit annullatum. Ideo notandū ꝙ principale fundamentum per gloſatores canonū et precipue ſuper ca. accuſatus. ⁊ · § · ſane. ⁊ ſuper verba hereſim ſapiant manifeſte accipitur. fundant inſuꝑ ſe ſuper dicta theologorū. Tho. Alber. Bonauen. in. ij. ſenten. diſt. vij. Ex his ſpēaliter aliq̄ expedit recitare. Nam vbi ca. dicit vt in argumento ꝓmo deductū eſt ꝙ inqſitores heretice prauitatis de ſortilegijs ⁊ diuinationibus ſe non debent intromittere niſi hereſim ſapiant manifeſte dicunt ꝙ ſortilegi vel diuinatores ſunt duplices: ſcꝫ artificiales ⁊ hereticales. et primi dicunt meri diuinatores quia videlicꝫ mere ex arte agunt. de quibus etiam loquit. ca. ex tenore. ex̄ de ſortilegijs. vbi dicit ꝙ Vdalricus preſbyter cū quodaꝫ infami hoc eſt diuinatore. dic̄ glo. ad ſecretū locum perrexit nō ea intentione vt demonē inuocaret quaſi dicat quia hoc fuiſſet hereticū: ſꝫ vt cū inſpectione aſtrolabij furtuꝫ quoddā inueniret quaſi dicat ꝙ eſt mera diuinatio vel ſortilegiū. Secundi vero hereticales dicūtur diuinatores qui in eo. ū arte demonibꝰ aliquem honorē latrie vel dulie impendūt: qui diuinando futura ꝑdicere conātur: vel aliquid ſimile qđ hereſim ſapiat manifeſte exercent: et tales iudicio inquiſitorū ſicut et alij heretici ſubiacent. Et ꝙ hec ſit mens ca. probat per canoniſtas gloſantes verbū ſaperent. Nā Jo. an. ſuper alle. ca. accuſatus ⁊ ver. ſaperent: dicit ita ſaperēt ſicut eſt circa aras ydolorū nepharias ꝑces emittere. ſacrificia offerre demōes cōſulere eorūqꝫ reſpōſa ſuſcipe: vel aſſociāt ſibi ꝓpter ſortes exercēdas hereticos: vel faciūt ꝑdicta cū ſanguine vel cū corpe xp̄i vel in ſortibꝰ vt poſſint habere reſponſa: puerū rebaptiſant vel his ſimilia. Ad eundē ſenſum allegant Archi. ſuꝑ eo. c. et · § · ſane. ⁊ ſuꝑ eodem verbo ſaperent. Item alligant Jo. mo. Raymundū. Guilhel. de mtōe Laudu: Itē probant per determinetionem eccl̄ie ex conſilio acquirenſi. xxvi. q. v. epiſcopi: vbi huiuſmodi mulieres ſuperſtioſe infideles nominan

tur cũ dĩ vrinã hee sole in sua perfi
dia pissent: ⁊ pfidia in xpiano dicit
heresis. Unde inquisitorũ heretico
rũ iudicio sunt subiecti. Probãt in
sup p theologos. Primo p sanctũ
Tho. in. ij. sententiarũ diſtinctõne
vij. vbi querit vtrũ vti auxilio demo
nis sit peccatũ vbi inter alia hec v̈
ba dicit super illud. Eſa. viij. Nun
quid non populus a deo ſuo requi-
ret viſionẽ. In omibus in quibus
cõplementũ operis ex v̈tute demo
nis expectat eſt opoſtaſia a fide ꝓ
pter pactũ initũ cũ demone vl' ver
botenus ſi inuocatio interſit vel fa
cto aliquo etiam ſi ſacrificia deſint
Ad idem allegant Albertũ in eodẽ
ſuo ſcripto ⁊ diſtinc. Itẽ Petrũ de
tarãthaſia. Itẽ petrũ de bona ven-
tura nouiter canonizato: qui tamẽ
nõ petrus nominatur cũ fuerit e-
rũ nomẽ ſuũ. Item Alexandrũ de
ales. Et Guidonẽ ordinis carmeli
tarũ qui omes dicũt ꝙ demones in
uocãtes ſunt apoſtate ⁊ p ꝯſequẽs
heretici. vñ inquiſitorũ heret corũ
iudicio ſubiecti Sed ꝙ pfati inqui
ſitores p hec ⁊ p quecũq3 ab eis al
legaca nõ poſſunt ſufficiẽter ꝓbare
quin etiã pfati ſortilegi ⁊c. iudicio
ordinariorũ ſeu epõrum ſecluſis in
quiſitoribꝰ poſſunt ſubiacere: et ꝙ
inqſitores a taliũ diuinatorũ nigro
manticorũ ſeu etiã maleficorũ ſe poſ
ſunt exonerare: nõ ꝙ illi inquiſito-
res male faciũt inquirendo ſup ta-
les vbi epĩ non inquirũt: in quo ca-
ſu potius inquiſitores illi ſunt cõ-
mẽdãdi: ſic ꝓbatur. Inquiſitores
nõ habẽt ſe intromittere niſi ſuper
crimẽ hereſis: ⁊ cũ h oportet ꝙ illõ
crimen ſit manifeſtũ. Patet p fre-
quenter alle. ca. accuſatus ⁊. §. ſane

Quo ſtante tunc iterum arguitur
cũ quis aliqua cõmittit que abſq3
vicio hereſis cõmittere poteſt: quã
tũcunq3 illa ſunt grauia ⁊ enormia
adhuc nõ eſt vt hereticꝰ iudicãdus
licet ſit puniendus ex quo ſequitur
ꝙ vbi quis nõ eſt iudicandus vt he
reticus: ſ3 vt malefactor puniẽdus
inquiſitor non ſe debet intromitte
re: ſed debet talem iuxta tenorẽ ca-
nonis ſuis iudicibus ad puniendũ
relinquere. Quo iterũ ſtante ſequi
tur ꝙ omia inducta per gloſatores
canoniſtas: ⁊ theologos: vt demo
nes inuocare: eis ſacrificare. ⁊c. vt
ſupra tactũ eſt niſi ex vitio hereſis
proceſſerint. inquiſitores non ſe de
bent intromittere ſed ſuis iudicibꝰ
vt ſupra relinquere. Quo iterũ ſtã
te: cum prefata ſepiſſime ſine vitio
hereſis fieri poſſunt in quo caſu ta
lia facientes non ſunt vt heretici:
aut condonandi: ſubſcriptis proba
tur auctoritatibꝰ et ratiõibus. Nã
ad hoc ꝙ aliquis ſit proprie hereti-
cus quinq3 requirũtur. Primũ eſt
vt ſit error in ratione. Secundũ eſt
ꝙ error ille ſit circa ea que ſunt fi
dei vel contra veritatem determi-
nationis eccleſie in his que perti-
nent ad fidem vel bonos mores et
neceſſaria ad cõſecutionẽ vite eter-
ne. Terciũ eſt ꝙ error talis ſit in il
lo qui catholicã fidem profeſſus eſt
alias enim eſſet iudeus vel paganꝰ
non hereticus. Quartũ eſt ꝙ talis
error in eo fidem ſuſcepit ſit taliter
ꝙ aliquã veritatem de chriſto con-
fiteatur pertinentem ad diuinitatẽ
vel humanitatẽ: alias ſi totum di-
ſcrederet eſſet apoſtata Quintũ eſt
vt talem errorem pertinaci volun-
tate et obſtinata eligat ⁊ ſequatur.

⁊ quod de hereſi ⁊ heretico ſic ſum pto.ca.alle.accuſatus.⁊ verbum ſa perent intelligatur:gloſas tamē ca noniſtarum nō reprobando: ſed ſal uando:ſic probat. Nam ꝙ primuꝫ requiratur.ſcilicet error in intelle ctu:hoc notum eſt omnibus per cō munem regulam. Duo requirūtur vt quis dicatur hereticus:vnū ma teriale.ſcilicꝫ error in ratione:alte rum formale.ſcilicꝫ pertinatia ī vo luntate. Patet ⁊ per Auguſtinum Hereticus eſt qui nouas ⁊ falſas opiniones aut gignit aut ſequitur. Ratio etiam adeſt quia hereſis eſt ſpecies infidelitatis: ⁊ infidelitas eſt in intellectu ſubiectiue:ſicut ⁊ fi des ſibi cōtraria ⁊ oppoſita habēt fieri circa idem. Quo ſtante factuꝫ vel opus quodcunqꝫ ſine errore nō facit hereticum:vtputa ſi quis for nicatur aut mechatur:licet agat cō tra veritatem que dicit non mecha beris:ex hoc non eſt hereticus niſi credat vel opinetur fornicari eſſe li citum. Et ratio eſt quia quandocū qꝫ aliqua duo neceſſario requirunt ad conſtitutionem alicuius: defici ente altero eorum impoſſibile eſt il lud eſſe:quia dato oppoſito ꝙ ſine illo poſſit eſſe:iam nō neceſſario re quireretur ad conſtitutioneꝫ illius: ſicut quia ad conſtitutionē domus neceſſario requiritur fundamentū paries tectū:ideo altero deficiente nō habetur domus. Sic ergo quia ad hereſim conſtituendam requiri tur error ī intellectu neceſſario:nul lum factū abſolute ſine errore in in tellectu facit hereticuꝫ. Et propter hoc nos inquiſitores germanie di cimus cū beato Antonino in ſcda parte ſumme ſue hanc materiā per tractātis ꝙ baptiſare imagines ad orare demones eis thurificare:con culcare corpus xpi in luto:⁊ omnia huiuſmodi que ſunt valde horrēda peccata: niſi ſit error in intellectu nō faciunt hominē hereticū. Et iō ſi quis faceret iſta:vtputa baptiſa ret imaginem nō male ſentiens de ſacramento baptiſmi: nec de eius effectu nec credēs iſtum baptiſmū eſſe aliquid.nec habere effectum ex vi ſua ſed facit hoc propter aliqueꝫ finem facilius aſſequendū a demo ne cui querit ꝓpter hoc cōplacere: ita ꝙ aliquo pacto implicito vel ex preſſo illud agat vt demon ſibi vel alicui faciat qḋ petit ſm ꝙ caracte ribus ⁊ figuris ſm artes magicas ab hoibus demones pacto expſſo vel tacito inuocant ad deſideria eo rū explenda:dūmodo nō petant a demone qḋ ſit ſupra facultatē eius nec ꝗtum ad potētiā:nec ꝗtuꝫ ad cognitionē:ſic ſcꝫ ꝙ nō male ſenti at de ptāte aut cognitiōe demonis ſicut eēnt illi ꝗ crederent ꝙ demon poſſit neceſſitate liberꝫ arbitriū ho minis vel illi ꝗ crederent ꝙ demon oīno ex tali pacto ⁊ in oēm euentū ꝗtumcūqꝫ a deo nō ꝑmiſſus poſſꝫ facere qḋ petūt:vel ꝗ crederent ꝙ poſſet ſcire alterā partē futuri con tingētis:vel effectū aliquē facere ꝗ eſt ꝓprius ſoli deo:tales em̄ non eſt dubiū ꝙ haberēt errorē ī intellectu ⁊ male de ptāte demonis ſentirent et ꝑ cōſequēs ſuppoſitis alijs cōdi tōnibus ꝗ reqrunt ad hereſim eēnt heretici ⁊ ordinarioꝝ ſimul ⁊ inqſi torū iudicio ſubiecti. Sꝫ ſi ex cau ſis ꝑdictis facerēt nō male ſentien tes de baptiſmo ⁊ alijs ꝑdictis pro ut communiter fit: eo ipſo facto

malefici ⁊ nigromantici cum ſciunt
ipm diabolū eſſe inimicū fidei ⁊ ad
uerſariū ſalutis iam cogunt in eoꝝ
cordibus ſentire magnā vim eſſe in
fide:⁊ ꝙ nulli falſitati ſubiacere po
teſt cui pater mēdacij tantū preeſſe
noſcit. Ideo licȝ talia faciētes pec-
carent grauiſſime:nō tn̄ eſſent here
tici. Et ratio eſt:quia nō male ſenti
unt de ſacramēto:licȝ eo male ⁊ ſa-
crilege vtamur:vn̄ ſunt magis ſorti
legi ꝙ̄ heretici:et de numero illoꝝ
de qbus alle.ca.accuſatus.ꝑtendit
nō ſubiacere iudicio inquiſitorum
cū non manifeſte ſapiant hereſim:
imo vix occulte ⁊ q̄ſi nullo modo.
Et eodē modo de adorantibꝰ demo
nē ⁊ ſacrificātibus ei: qꝛ ſi hoc faci
unt credētes diuinitatem eſſe in de
monibus vel credētes ꝙ cultus la-
trie ſit eis exhibendus: vel ꝙ oīno
ex exhibitiōe talis cultus aſſequāt
qd reqrunt a diabolo nō obſtāte dei
ꝓhibitiōe ſeu etiam ꝑmiſſiōe tales
eēnt heretici. Sed ſi iſta faciūt non
ita ſentiētes de demōe:ſȝ vt aliq̄ pa
cto cū demōe facilius ꝑ iſta exequā
tur ab ipo quod intendūt. tales nō
ſunt heretici ex natura rei licȝ gra-
uit peccēt. Et quidē ꝓ maiori decla
ratiōe ſunt aliq obiectiōes mouen
de. Nā obſtare videt ꝙ ſm iura ſy-
moniacus nō eſt hereticꝰ. vt.j.q.j.
qſquis ꝑ pecuniā:⁊ tn̄ nō hȝ errorē
in intellectu. Nam ſymoniacus nō
eſt hereticus ꝓprie ſȝ large propter
quandā ſilitudinē: qa exquo vēdit
vel emit ſacra ita agit ac ſi eſtima-
ret donū gr̄e pecunia poſſe poſſide
ri ſm Tho. Sȝ nō hoc eſtimando
ſicut cōiter accidit nō eſt hereticus
quia nō hoc credit ſȝ bene verū eēt
ſi hoc crederet ſcilȝ donum gratie
poſſe pecunia poſſideri. Item ob-
ſtare videtur qd dicitur de hereti.
quicunqȝ.⁊ alle.c. accuſatus:ꝙ ad-
orans hereticum eſt hereticus. Sȝ
grauius peccat qui adorat demonē
ꝙ̄ qui adorat hereticum: ergo ⁊c̄.
Item qui iudicandus eſt vt hereti
cus videtur eſſe hereticus:quia iu-
dicium debet ſequi rei veritatē:ſed
talis iudicandus eſt hereticus. Nā
eccleſia nō pōt iudicare niſi de his
q̄ patent:occultoꝝ em̄ cognitor eſt
deus ⁊ iudex.diſt.xxxiij.erubeſcāt.
Sed ea q̄ ſunt ī intellecu nō pn̄t pa
tere niſi ex factis extrinſecis viſis
vel ꝓbatis:ḡ talis faciens talia eſt
iudicādꝰ hereticꝰ. Preterea impoſ
ſibile vr̄ ꝙ aliqs faciēs talia.ſ.cōcul
cādo corpus xp̄i ⁊ hmōi: niſi male
ſentiāt de corpe xp̄i:probat hoc qꝛ
impoſſibile eſt maliciā eſſe in volū
tate:quin ſit error in intellectu:cū
⁊ ſm pħm omis malus eſt ignorās
ſeu errās. cū ḡ talia faciētes habeāt
maliciā in voluntate:ergo habēt er
rorē in intellectu. Rn̄detur ad iſta.
Et pmo ſup pmū ⁊ tereiū qꝛ coīnci
dunt. Duplex eſt iudicium.ſ.dei q̄
videt interiora hoīm q̄ nō pn̄t iudi
care de interioribꝰ niſi ꝑ exteriora:
vt argumentū fatet tercīū. Modo
ille qui iudicat vt hereticus iudicio
dei eſt vere hereticus ex natura rei
Deus em̄ nullū iudicat hereticū ni
ſi habentē errorē fidei in intellectu
Sed ille q̄ iudicatur hereticus iu-
dicio hoīm nō oportet ꝙ ſit hereti
cus ex natura rei:ſȝ ꝙ fecerit tale fa
ctū ꝑ quod apparet ipm male ſenti
re de fide:⁊ ꝑ cōſequens iuris pre-
ſumptiōe hereticus reputatur. Et
ſi queratur An eccleſia habȝ ſtatim
iudicare tales qui ſic adorāt demo-

nes vel baptiſant imagines hereti/cos ⁊ punire ſic hereticos. Reſponſiones nota. Primo ꝙ ad diſcernēdū illud magis pertinet ad canoniſtas ꝗ̄ theologos. Canoniſte dicēt iuris pſumptione hereticus reputatur ⁊ vt hereticus eſt puniendus. Theologus dicet pmo iudicio ſub correctione ſedis apoſtolice ꝙ non quantū eſt ex natura rei quicqd ſit iuris pſumptiōe. Et ratio poteſt eē iſta: quia qn̄cunq; aliquis effectus dependere poteſt ex duplici cauſa: nunq; ex natura rei. ex illo effectu pōt iudicare pciſe altera cauſa. Cū igitur iſte effectus q̄ eſt adorare demonē vel eius auxiliū ad maleficandū poſtulare imaginē baptiſando: vel infantē viuū offerendo vel occidendo vel aliud hmōi poſſunt procedere ex duplici cauſa. ſcʒ vel credendo demonē adorandū ⁊ ſibi ſacrificandū ⁊ imagines capere ſacramētales effect⁹: vel q2 aliq̄ pacto facto cū demone facio vt facilius obtineā qđ volo a demone in his que nō ſunt ſupra facultatē ſuam vt ſupra tactū eſt nō debeo ſtatim iudicare ex tali effectu pciſe alterā cauſaʒ. ſcʒ ꝙ hoc faciat vt male ſentiēs de fide. Unde quādo cōſtat de huiuſmodi effectu vlterius inqrendū eſt de cauſa ⁊ ſi ex errore ⁊ puerſitate fidei hoc fecit iudicādus eſt hereticus ⁊ iudicio inqſitorū cum ordinarijs ſubiacebit. Sʒ ſi ex alia cauſa ē iudicādus vt ſortilegus ⁊ viliſſimus peccator. Alia reſponſio ad noſtrū propoſitū quicqd ſit ex omnibus dictis ⁊ allegatis conſtat ꝙ omnes diuinatores ⁊ malefici q̄ iudicant heretici iuris pſumptiōe: et nō ex natura rei ordinarioꝝ iudicio ⁊ nō inqſitorū ſubiacent: nec p̄fati inqſitores aliorū regnorū p allegationes canonū ⁊ gloſatorū ſe tueri poſſunt. eo ꝙ tales demonibus ſacrificantibus ⁊ adorātibus iudicāt hereticos iuris pſumptione et non ex natura rei. Textus auteʒ dicit ꝙ debeāt ſapere hereſim manifeſte. ſ. ſapere intrinſece. ⁊ ex natura rei: et ſufficit nobis inquiſitoribus hereticis ex natura rei infectis ſe intromittere alios ſuis iudicibus relinquendo. Et quia dictuʒ eſt ꝙ inquirendū eſt de cauſa vtrū ex errore fidei hoc fecerit vel nō. vtriq; hoc facile erit. Nā ſicut habit⁹ fidei cognoſcitur per actū fidei qui eſt credere ⁊ cōfiteri ea que ſunt fidei. ⁊ habit⁹ caſtitatis per caſte viuere: ita eccleſia poteſt iudicare aliquē hereticuʒ inquirendo ſi habet actū diſcernēdi ſeu male ſentiendi de aliquo articulo fidei. Sic etiam malefica que fidem in toto vel in parte abnegauit vel corpus xp̄i viliſſime tractauit homagiū pſtitit vtrū huiuſmodi ad cōplacendū demoni tantū fecerit. immo ſi in toto abnegauit etiam corde iam iudicabit vt apoſtata. et deficiet quarta conditio q̄ habet cōcurrere ad hoc vt qs proprie dicatur hereticus. Et ſi huic determinationi obijcit bulla ⁊ cōmiſſio nobis ab Innocentio octauo facta vbi malefice iudicio inquiſitorum ſubijciunt. Reſpōdetur per illa nō excluditur quin ⁊ dyoceſani etiam vſq; ad ſententiam diffinitiuā contra eos procedere poſſint p illa antiqua iura vt dictum eſt: cū hec bulla potius in parte ſollicitudinis nobis inqſitoribus tradita ſit: quaʒ ⁊ ope ꝗ̄tum poſſumus cū dei adiuto

rio exhibemus. Unde ⁊ primū ar
gumentū non ſuffragatur inquiſi-
toribus illis: ſed potius contrariū
concludit cū tales ſimoniaci tantū
modo iuris p̄ſumptione cenſentur
heretici de quibus ordinarij ꝑ ſe iu
dicare poſſunt: irrequiſitis inquiſi
toribus. imo nec inquiſitores de ſi
moniacis varijs ſe intromittere ha
bent ⁊ pari ratione de alijs qui tan
tū iuris preſumptōne heretici iudi
cantur. Nam contra epiſcopos ſciſ
maticos ꝓcedere non poſſunt ⁊ p̄-
latos alios ſuꝑiores vt patet in. ca.
inquiſitio nis de here. li. vj. vbi ſic
dicit. Inquiſitores heretice praui-
tatꝫ ab apoſtolica ſede ſeu alijs qui
buſlibet deputatꝫ de huiuſmodi cri
mine inquirere contra eos vt ne-
queunt aut eius pretextu ꝓcedere
contra eos: niſi in litteris cōmiſſio
nis ſedis apoſtolice ꝙ hoc poſſint
contineatur expreſſe. Si tamen in
quiſitores ipi epos vel alios ſupe-
riores prelatos ſciuerint vel inuene
rint circa crimen hereſcos commi
ſiſſe aut eos de huiuſmodi diffama
tos exiſtere vł ſuſpectos id tenebū
tur ſedi apoſtolice nunciare. Ad ſe
cundū ſimiliter patet ex prehabitꝫ
reſponſio. Nam adorans hereticū
eſt tūc hereticus ſi adoret ipm: cre
dens eſſe adorandū ſeu honorādū
ꝓpter ſuā doctrinā ⁊ opinionē. Si
aūt honorat ipſum ꝓpter aliqđ tpa
le ſine aliquo errore fidei in intelle
ctu nō eſt ꝓprie hereticus: ſed iuris
fictione vel p̄ſumptione ſeu ſimili
tudinarie: quia agit ſicut male ſen
tiret de fide ſicut ille quem adorat
vnde nec inquiſitorū iudicio ſubia
cebit. Ad terciū patet ex premiſſis:
quia licet iudicatur ab eccleſia vt
hereticus ꝓpter facta extrinſeca vi
ſa et probata: non tamen ſequit̃ ꝙ
ſemꝑ ſit hereticꝰ ex natura rei: ſed
iuris p̄ſumptione ſic reputatur. vn
de et in illo caſu inquiſitorꝫ iudiciū
ſubterfugit quia non ſapit hereſim
manifeſte. Ad quartū dicēdum ꝙ
falſum p̄ſupponit: qꝛ non eſt poſſi
bile ꝙ aliquis cōculcet corpus xp̄i
abſqꝫ hoc ꝙ male ſentiat vel peruer
ſitatē fidei habeat de corpore xp̄i:
quia poteſt hoc facere ſciens ſe pec
care ⁊ credens firmiter ibi eſſe cor-
pus xp̄i. Facit tamen hoc vt place
at demōi et facilius obtineat quod
vult ab eo. Et licet oīs malus erret
nō tamen errore intellectus qui eſt
hereſis ſeu errans male ſentiēs de
his que ſunt fidei: ſed de his q̄ ſunt
virtutis alicuius cuius cōtrariū in
vicijs operatur. Et tm̄ de p̄mo prin
cipali quod ad hereſim ꝓprie ſum-
ptū requiritur ⁊ ſm̄ ꝙ iudicio iqui
ſitorum debet hereticus ſubiacere.
Nec obſtat ſi dicatur tamē etiā cō-
tra diffamatos: aut ſuſpectos leui-
ter vehemēter aut violenter de here
ſi: ⁊ qui nō videtur ſapere hereſim
manifeſte inquiſitor pōt ꝓcedere.
Reſpōdetur inquirere poteſt ⁊ ꝓce
dere ſuꝑ tales inquantū ſunt ſuſpe
cti aut diffamati de hereſi ꝓprie di
cte de q̄ etiā nunc loquimur vt ſepe
tactū eſt que habet errorē in intel-
lectu: ⁊ alia quatuor ſequētia anne
xa: quorū ſcōm eſt vt talis error ſit
circa ea q̄ ſunt fidei vel cōtra verita
tē determinatiōis eccleſie in his q̄
pertinēt ad fidē ⁊ bonos mores et
neceſſaria ad conſecutōez vite eter
ne. Si eīn error ſit de his que non
pertinēt ad fidē: puta ꝙ credat q̄s
ſolem non maiorē terra ⁊ huiuſmo

dũ nõ eſt piculoſus error. Error aũt
ↄtra ſacrã ſcripturã ꝛ articl'os fidei
ↄtra determinationẽ eccłie vt ſupra
eſt hereſis arti. xxiiij. q. j. hec eſt fi
des. Itẽ quia determinatio dubio
rũ circa fidẽ pertinet principaliter
ad eccleſiã et precipue ad pontificẽ
ſummũ xp̃i vicariũ. Petri ſucceſſo
rem vt expſſe dicitur. xxiiij. queſtio
ne. j. quotiens. Et cõtra determina
tionẽ eccleſie nullus doctor vel ſan
ctus ſuã ſententiã defendit vt dic
Tho. ſa ſe. Nec Hieroni. nec Au
guſti. nec alius. Sicut ergo aſſerẽs
pertinaciter cõtra fidẽ eſt hereticꝰ:
ita ꝛ cõtra determinationẽ eccleſie
in his que pertinent ad fidem ꝛ ne
ceſſaria ad ſalutẽ pertinaciter aſſe-
rens eſt hereticus. Ipa eñ eccleſia
nunq̃ erraſſe in fide ꝓbatur vt dici
tur. xxiiij. queſtiõe. j. a recta. ꝛ alijs
ca. Signãter aũt dicit quia aſſerẽs
contra determinationẽ eccleſie nõ
ſimpliciter: ſʒ in his dumtaxat que
pertinent ad fidem ꝛ ſalutẽ eſt here
ticus. Nam in alijs contrariũ ſenti
ens nõ eſt hereticus: ſic ꝙ ius non
poteſt ſeperari ab vſu in rebus vſu
cõſumptibilibus: quod declarauit
ꝛ determinauit Johannes. xxij. in
extraua. ad cõditorẽ. Vbi dicit: cõ
tradicentes huic ſententie eſſe con
tumaces ꝛ rebelles eccleſie non he
reticos. Terciũ quod requiritur eſt
ꝙ error ſit in illo qui catholicã veri
tatẽ eſt ꝓfeſſus. Si quis eñ nun-
q̃ eſſet ꝓfeſſus fidẽ xp̃ianã nõ eſſet
ꝓprie hereticus ſed ſimpliciter in-
fidelis vt iudeus ꝛ gentilis qui fo-
ris ſunt. Vnde Augꝰ. de ci. dei. Vi
dens dyabolus genus humanũ a
cultura ydolorũ ꝛ demonũ liberari
hereticos mouit qui ſub vocabulo
xp̃iano doctrine reſiſterent xp̃iane.
Oportet ḡ ꝙ error ſit in illo qui in
baptiſmo ſuſcepit fidem xp̃ianam
ad hoc vt ſit hereticus. Quartũ qð
requiritur eſt ꝙ talis error ſit in eo
qui fidẽ ſuſcepit taliter ꝙ aliquã ve
ritatẽ de ipo cõfiteatur pertinentẽ
ad diuinitatẽ vel hũanitatẽ. Si eñ
nullã veritatẽ penitus confiteretur
magis ꝓprie apoſtata q̃ȝ hereticus
cenſeretur. Sic Julianus apoſtata
et diſtinguitur vnuȝ ab altero. licet
aliquãdo vnũ ſumat ꝓ alio. Sub
